

# GEMISTI PLE

THONIS DE GESTIS GRAECORVM  
postpugnam ad Mantineam per Capitata  
ctatio, duobus libris explicata,

M, A N T O N I O A N T I M A C H O I N-  
T E R P R E T E.

 AD HAEC,  
DIONYSII HALICARNASSEI PRAECE-  
pta De oratione Panegyrica, De oratione Nu-  
ptiali, De oratione Natalitia, De Epithalamij.

DEMETRII PHALEREI PRAECEPTA  
Demembris & incisis, De periodis, De compo-  
nendis epistolis, De characteribus dicendi.

P O L Y A E N I D E R E M I L I T A R I  
Præfatio.

 EODEM INTERPRETE.

M, A N T O N I I A N T I M A C H I D E L A V D I-  
bus Græcarum literarum Oratio.

Omnia nunc primum in lucem edita, Cum priu-  
legio ad triennium.

J. B.

B A S I L B A E.

15



a

M. ANTONIVS ANTI  
MACHVS ALBERTINO LOL

LIO 8. D.

**R**edeunti mihi ē Græcia, quò li-  
terarum Græcarum ediscen-  
darum gratia concesseram, Pa-  
ter meus, uir planè clarissimi  
nominis, ac in tractandis Rei-  
publiq[ue] negotijs prudentissimus, & debo-  
narum artiū studijs optime meritus, onus in-  
iunxit, ut aliquid Gemisti Pethonis, in quo-  
uis scientiarum genere omnīū consensu emi-  
nentissimi, cuius nomen ob famæ celebrita-  
tem acceperat, in latinum conuerterem. Ego  
uero, ut ipar erat, quo eius uoluntati obsequie-  
rer, naectus idoneum tempus, Gemisti histo-  
riam de gestis Græcorum post prælium ad  
Mantineam duobus libris explicatam, Ro-  
mana lingua donāui, ad eumq[ue] mittendam  
curaui. Verum cum ob uarias fortunæ ui-  
cissitudines, à qua etiam plusquam oportet  
conflictati fuimus, eam sicuti animo ha-  
bebam nunquā edidisse, imò potius ob-  
livioni penitus tradidisse: tandem post lon-  
gam annorū seriem, casu nescio quo, in ma-  
nus meas incidit. Quā tu (qui mesæpissime  
domi conuenire soles, ut in ijs me consulas  
quæ in officina tua cuduntur, ex qua noui  
semper aliquid quod nimirum alios delectet,

\*\* 2. te ipsum

M. ANT. ANTIMACHI

te ipsum laudibus illustret, emanare soler) forte fortuna conspicatus, mecum agere coepisti, ut eam ad communem historiæ studiorum utilitatem & delectationem, typis publicandam permitterem. Quod sane, cum propter ingenij acumen, morum lepiditatem, uitę integratatem, ac ob præclaram uirtutis industrem atque doctrinam, quam in iuuenili ætate suprà annos præ te fers, tanta apud me polleas gratia & authoritate, quanta amicorum nemo, tibi efflagitanti, & assiduis precibus contendenti, denegare non potui. Itaque prodeat in lucem, cohortatione tua. Sed quo facilius intelligas quanti te faciam, quippe quem artis rhetoricae mysterijs, que in uario scribendi genere ad bene dicendum attinent, plurimum oblectari non ignorem: concinnaui tibi quoddam munus, ex intimis Græcorum fontibus repetitum. Quod profectò tibi ac alijs quam plurimis, qui eisdem studijs delectantur, non iniucundum fore censeo. Nactus enim his proximis serijs pullum laxamenti, conuerti quædam ex duabus doctrina nobilibus & claris græcorum authoribus artis rhetorice præcepta, nequaquam trita, aut peruulgata: è Dionysio Hali carnaesse de Panegyricis conscribendis, de laudandis nuptijs, de laudando natali die, & de con-

de conficiendis epithalamijs: & ex Demetrio Phalereo de membris et incisis, de periodis, de modo componendarum epistolarū, ac de characteribus dicendi: ex quibus omnibus modicū quoddam corpus confeci, quod frequenter in manibus habere poteris. Nam si documenta quæ in eo cōtinentur, studiose (sicuti spero) complecti sequiç uolueris, in diuersis scriptionis generibus, cum trebris exercitationibus, tum scribendo, modo uerborum delectum habeas, & eorum collocandorum concludendorumq; rationem, quæ delectu potior est, calleas, maximam adipiscēris dicendi copiam & facultatem. Dabimus etiam breui fortasse Phalereum (authorem planè indicendo Ciceronis sententia politissimum) de Interpretatione, seu de Eloquence, integrum latine legendum. Licet eiusmodi conuertendilaborem non admodum probemus: propterea quòd infiniti propemodū hac nostra tempestate reperiantur, qui magis audacter quam peritè in huiusmodi messem, falcem immittant. Hinc cuenire crediderim, ut in ijs quæ è græco in latinum conuertuntur, uitiosa multa, errataq; quamplurima, quæ nequaquam uenia digna sint, nec ullo modo excusari queant, quotidie deprehendantur. Nos uero in cōuertendis his, licet mi-

M. A N T. A N T I M A C H I

nimas, quomodo nos gesserimus, doctissi-  
morum utriusq; linguae existimatorum, qui  
teretes aures habent, sit iudicium : reliquos  
parum curamus. Scimus enim non defu-  
tros aliquos glriosos & uanos rerum osten-  
tatores, ex ijs quibus naturaliter insitum est  
maledicendi studium, qui q; inani persuasio-  
ne tumescentes, ex alieni nominis detrac-  
ctione laudē aucupantur (si laus ex inuidia,  
qua continenter torquentur, crucianturq;  
comparari potest) qui aliquid mihi uitio uer-  
tant. qui sanè cum ab ætatis initio literis græ-  
cis operā nauauerint, in eisq; consenserint,  
tametsi omnia in omni arte (ueluti Helleus  
Hippias, & Leontinus Gorgias) scire profi-  
teantur, cæteros imperitos appellant, omnes  
Gannio & Vargula dicaciores derideat: iro-  
niam, ut Socratici uideatur, semper in ore ha-  
beant, cū & à moribus et à doctrina Socratis  
longissime absint, fucata in omnib. ostenta-  
tione utantur, in omnes dentes exacuant, ne-  
mini parcant. Sunt tamē adeò timidi, abieci-  
& demissi animi, quoniā in his quam parum  
profecerint non sunt nescij, uti nihil edere au-  
deant, ne ipsorum agnoscatur infacia : & ne,  
dum gloriā (cuius audiissimi sunt) appetūt,  
in ignominia delabantur. Nam nisi sibi ipisis  
propriæ ignorantis conscij essent, aliquid  
ex ijs

## E P I S T O L A.

ex ijs quæ affabre in latinū conuertere, prorsus emitterent: græcos uersus, epistolas, atq[ue] orationes græce conscriptas, quādo se adeo magni nominis esse arbitrantur, ostenderēt. Verum quamvis ingenio non aperto, non simplici, sed astuto, callido, & ad decipiendū parato sint, quod omnes qui ipsos nouere magis quam uiperas fugiunt, nō in angulis, in tenebris, ne cum pueris & imperitis hominibus (ut ipsorum mos est) obloquantur & detrahant, in lucem prodeant, aperto marte in aciem descendant. Nam si aliquid quod à nobis perperam ipsorum iudicio dictum seu scriptū fuerit, demonstrauerint, ni illud non nugis, at optimis argumentis & rationibus tueri scierimus, non solum ab ipsis, sed à quo cunq[ue] emendari facile patiemur. Addidimus præterea Militarium Polyæni præfationem, a nobis aliâ latinitate donatam: & de laudibus literarū græcarum orationem, multis ab hinc annis in hoc prædaro Gymnasio à nobis publicè habitam. Quæ omnia (historiam patri dedicatam excipio) licet minima, maxima tamen mei in te amoris indicia, sub tui non minis auspicio exire uolumus: datur fortasse propediem, dījs optimis maximis suuātibus, maiora. Vale: & nos interim, ut soles, ama. Ex ædibus nostris, V IIII. cal. Maias

M. D. XXXIX.

M. ANTONIVS ANTIMACHVS  
Mathæo Antimacho Patri s.



B ineunte ætate cum literarum Græcarum studijs operam impenderem, quippe qui Latina sine Græcis quasi manca esse perspicerem, hac in re non sum iuis mihi ipsi satisfacere, nisi huiusmodi scientiæ facultatem è uino fonte haurirem. Itaque hortante, multorum clarissimorum uirorum exemplo, ad imbibendam bonarum artium cognitionem in Græciam me contuli. ubi sub disciplina Moschi Lacedæmonij, uiri sa- nè in omni virtutum & scientiarum genere, non solum meo iudicio, sed totius Græcie consensu excellentissimi, quinquen- nium moratus sum. cuius studium in me tam singulare extitit, ut non præceptorem, sed parentem potius nactus uideter: tanta erat hominis illius, de me optimè meriti, erga me charitas: utnam ita diu uixisset. Verum casus & fortuna, quæ in rebus omni- bus dominatur, ac plurimū potest, illum nobis insidit. Nam cum à Theffalonicensibus ad ciuitatem illam amplissimam atq; opulen- tissimam erudiendam publica pecunia conductus fuisset, dum iti- neris maturingo se se accingeret, & ego quoq; cum sequi statuiss- em, quo multa adhuc ediscerem, ac celebratissimas bibliothecas illas, quæ in Atho sunt, aliquando conspicerem, acutis- suno morbo correptus, quanto ex quo ægrotare ceperat die, ma- ximo omnium mcerore decepit. Cuius mors mihi in primis lu- etuosa ac acerba, animi mei uires tantopere fregit debilitatiq;, ut maiori tristitia atque molestia me numquam conflictatū fuisse non solū profitear, sed præ me feram. Nam profecto illud immor- talitate dignum ingenium fuerat. Verum cum necessitatī (cui ne Dij quidē ipse repugnat) patere cogeremur, noua mire consilia, nouas cogitationes percurrere incohauimus: quarum tandem hæc uicit, ut in Siciliam ad Constantiū Lastarem, uarum do- cūtissimū, quæ ea tempestate Messenæ degebant, nauigarem. Quod cum mihi parum procederet (propterea quod ea tunc maria qui-

## E P I S T O L A.

busdam piratis infesta erant) nec tuto traiiciendi daretur facultas, & iam Turcarum ingens classis, quae ab Helleponto exirebat, Naupactum occupasset, ac Corcyrae (ubi moras trahebam) omnes, ne rebus suis durius consulere cogerentur, timerent, in Italiā transmittendum existimauit. Itaq; ad quartum calendas octobris anni illius, nocti idoneam ad nauigandum tempestatem (quod iam Vulturinus sufflare cceperat, qui uentus erat cursui nostro secundus) ad occasum solis nauem soluimus, & decimo die Venetias peruechimur. Deinde a sali laboribus ac sentinæ uitij aliquantulum refecti, mutatis ad celeritatem iumentis, Mantuanam contendimus, quo cum peruenisssem, Paulus Acerbus, uir summo loco uetus, ac propinquus noster: & Eugenius Franchertus, incredibili nobis familiaritate coniunctus: quorum alter in eloquentia studijs tantum processerat, ut latinissimus haberetur: alter uero ut legendis antiquorū historijs tantum profecerat, ut rerum omnium gestarum (quae Latinis literis continentur) memoriam affecitus uideretur, mihi præsto fuere. Qui quū nos salutassent, eos (ut amicorū mos est) complexi sumus, multaq; ab eis de statu ciuitatis audiisse quæsumus: & præsertim, ubi gentium tuesses, rogauiimus. Qui cum in agro Iouiniano nostro, relaxandi animi cause te esse dixissent, quis eodem die ee conueniremus, nullam moram interponendam putauimus. Itaq; confessum cū ijs qui se mihi itineris comites polliciti sunt, ire perrexiimus: et cū uillæ iam appropiat quaremus, tu nos ē Xysto, ubi iambulabas, uenientes paulo longius conspicatus, te ultro nobis obtulisti: & me oboris lachrymis complexus, tanta nos animi alacritate recepisti, ut illarecordatio quoad uixero mihi sit futura iucundissima. Hic pauca primo de Græciæ statu, ac de inuentribus bonarum artium Aibensis percontatus es: mox ad pratulum, quod uarijs arboribus distinctum, haud longe à Xysto, murmurantis lymphæ riuo abluitur, profecti, sub fago consedimus: & totum diem de uarijs rebus loquendo, amicissime consumpsimus. Postero autem die, cum sub ortum solis in Xysto deambularemus, ac multa de excellentibus

BB "Græciæ

## M. A N T. A N T I M A C H I

Græciae ingenij differeremus, Gemisti philosophi atq; mathematici, cognomine Plethonis, quasi Platonis, à te mentio facta est. Illum dico Gemistū, quem non solum Græcia, sed uniuersus ferē terrarū orbis, ob ueriam atq; multiplicem diuinationē humanañq; rerum scientiam admiratus est: eo quod Platonī philosophorum principi, atque Aristoteli, Græcorum & Latinorum omnium consensu, proximè accederet. cuius sermonibus (ut à te ab initio etatis accepi, quū eloquentia tua ad tantorū hominum uestigia uitanda me sèpius accenderes) cum olim se dedidisset Tifernus præceptor tuus, ut sane doctrina minime vulgari ornatisimus, ad eū scientie gradū peruenierat, ut inter cæteros suos tēpestatis doctissimos uiros facillime principatū obtineret: ut potest quitanū iuri (cuius ego laudes orationis culpa deteriores facio) disciplinā scientiamq; redoleret. Igitur post longū quem de Gemisto sermonem habuimus, an eius aliquod opusculum penes me esset, sciscitatus es. nam ex Tiferno te audire solitus dicebas, illum in omni scientiæ genere multa literarum monumentis mandasse. Ego uero eius libellū de Fato, ac quandam de gestis Græcorum post præliū ad Mantinea compendiosam historiā me habere affirmau. Quod cū tu audiasses, subridendo dixisti: Velle Marce fili, quo tam excellentis ingenij scripta, quæ (ut uidere uideor) nescio quid diuinatis in se habent, aliquando latine legi possent, aliquid omnino uertendū curares. mihi enim in primis gratissimum faceres: postea Paulum auunculū tuum, & Eugenium summum familiarem nostrum, quos literarum studijs tantopere oblectari non ignoras, sempiterno tibi beneficio obstringeres: & quantum in græcis profeceris, omnibus ostenderes: ac ipse in hac re confienda, non parū laudis assequereris. nam (ut scis) cum diuini Platonis sententia sit, nos non nobis tantū, sed ad communem usum naros esse, nō qui publicæ utilitatib; consulunt, sumnopere laudandi sunt. Hoc loco Eugenius, & auunculus meus comiter (ut consuevere) uehementer se assentiri tibi dixerunt: & ipsi quoq; id munus misericorde expetere coepserunt. Tum ego, quoniam tua apud me uerba

## E P I S T O L A

uerba tanti ponderis erant, præsertim cum ijs duorū summorum  
 uirorū accederet auctoritas, ut ea negligere fas esse non putarem  
 (eis permagnum ac perdifficile quiddam suscipere videbar, quia  
 nulla dicendi ars neq; facundia in me esset) tamen ut uobis obse-  
 querer, me operam daturum, nec laborem aliquem recusatorum  
 recepi. Itaque proxima æstate, cum quidam eruditissimi uiuenes,  
 quibus nonnullos poëtes græcos exponebam, quotidie pomeridie  
 no tempore me domi conuenirent, essemq; post lectionem ocio-  
 sus, ad Gemisthi historiam è græco in latinum conuertendam me  
 contuli. Effectumq; est, cum eorū unus incredibili bumanitate  
 prædictus, qui Phanensis erat, scribendi manus obiisset, & ego  
 inambulando dictarem, ut paucis diebus Romana lingua done-  
 retur. Eam igitur in præsentia eo consilio ad te mittimus, ut cum  
 à publicis negotijs (que tot annos tanta & sapientia & integri-  
 tate pertractasti, quibusq; continenter obstrictus es) uacabis, tua  
 intexhausta legendi auditate, que (ut de Catone accepimus) nun  
 quam satiari potest, quantum in eo genere dicendi Gemistus ex-  
 cellat possis inspicere: qui mea quidem sententia uerbis aptus &  
 pressus, tanto artificio, tanta orationis lenitate ac rerum copie  
 fertur, ut post Herodotum atq; Thucydidem cum antiquissimis  
 historiarum græcarum scriptoribus (Theopompum & Epho-  
 rum dico, seu malis Xenophontem illum, qui primus philosopho-  
 rum omnium scripsit historian) non iniuria conferendus sit.  
 Quanquam in lingua nostra multis fortasse non eundem lepo-  
 rem, non eandem suavitati admistam gravitatem, non eam deniq;  
 sum seruare videbitur. Sed id nobis, non Gemisto attribuen dum  
 censeant: qui orationis inopia, candorem illum Atticum, quo Ple-  
 thon incedit, asequi nequitimus. Verum cum Fabij auctoritate  
 late pateat, historiam quoquo modo scriptam delectare, non erit  
 quod in hac tralatione nostra lacteam Liuij ubertatem, aut Salu-  
 stianā breuitatem desiderent: præsertim cū nulla in me eloquen-  
 tie uis, nullus orationis splendor appareat: & omnes qui aliquid  
 conuerttere conati sunt, certa lege, è qua egredi non licuerit,

## M. A N T . A N T I M A C H I

semper astrictos fuisse non ignorent. Vnum illud certe gloria-  
bimur, tanta nos fide huiusmodi opusculum conuertisse, uti qui-  
cunq; græcum codicem cum latino conserue uoluerint, nullam  
usquam prorsus mutationem, qua ad rei ueritatem attineat, re-  
perturi sunt. nam in hoc potissimum non mediocrem studij ope-  
ram, curamq; consumpsimus. Cetera uero si nō adeò egregie (ut  
par fuisset) assequi ualimus, tamen sub pura & illustri breuitate,  
qua (si Ciceroni credimus) in cōponenda historia nil dulcius, ut  
a more nostro nō abhorrerent, elaborauimus. Atq; huic nostro la-  
bori, quem non minus exercendi ingenij gratia, quam ut tibi cum  
illis nostri amantissimis uris morem gereremus, nec non uti mul-  
torum hominum (qui complures in florentissima ciuitate nostra  
in græcis doctissimu repertuntur) studia ad latine scribendum ex-  
citaremus, suscepimus: duo, ut suspicor, reprehensionum genera  
occurrent. Vnum, hoc uerbum melius à Græcis expressum fuis-  
se dicentium. Alterum, græca potius esse legenda affirmantum.  
Quibus hoc modo responsionem uolumus: Nos hæc non ijs quā li-  
teris græcis eruditæ sunt, sed illis qui græcè nesciunt, explicasse.  
iccirco eos non nostra legere curamus, sed ad Græcorum offici-  
nas mittendos iudicamus: quia cum in Italia nati educatiq; sint, la-  
tinè nesciunt: & hac de causa, que conuersa sunt, ea cœu explo-  
sare repudiant atq; contemnunt. & fortasse si inter eruditos græ-  
cos uersarentur, & cum illis consuetudinem haberent, nullam  
prorsus, uel paruam saltem literarum græcarum cognitionem ha-  
bere redarguerentur: & tunc iureirando se latine didicisse con-  
tenderent. Itaq; eos tanquam indignos de quibus sermo habeatur,  
omittamus: ac ad tertium reprehensionis genus (quod, ut opinam-  
tur, à quibusdā urbis nostræ perditissimis scurris, ganeonibusq;  
turpisimis uoluptatibus maximè astrictis, nobis apponetur) tran-  
seamus: quorum alij bona sua decoixerunt: nonnulli ut epulones  
optimi uulgo habeantur, compotationib; atq; coniuicijs sese peni-  
tus dediderunt: complures scenori exercendo se addixerunt, ac  
intam corruptis moribus sumnum bonum posuerunt: qui cum è  
civitate.

ciuitatis suburbis nunquam egressi sunt, omnia quæ in toto terræ  
 orbe geruntur atq; tractantur (ut ipsi arbitrantur) sciunt,  
 cognoscunt, intelligunt: ac si aliquem, qui iuritatis via innatur,  
 confiscari fuerint, non solum dolent, torquentur, infanunt, ue-  
 rum (quod plus est) inuidia adducti, eum conuicjjs insectantur,  
 maledictis lacescant & provocant: quotidie ad notanda atq; re-  
 prehendenda aliorū crimina in foro versantur, ac nullū publicē  
 aut privatim usum afferunt: nihilq; in toto uitæ cursu (si modo  
 horum uita appellanda est) quod homine dignum sit, efficiunt: et  
 cum literarum ignari, ac penitus expertes sint, quodcumq; præcla-  
 rum opus in medium allatum fuerit (ut videantur scire quod ne-  
 sciant) illud tam acris iudicio damnant, ut Athenis sub Cæsippi  
 disciplina uixisse videantur. qui cum uenitri & somno ueluti pe-  
 cora dediti sint, eos tanquam nullius momenti ab hominum cœtu  
 amouendos, ac (ut in Græcorion prouerbio est) ad cornos à no-  
 bis abigendos censemus. Addo quartū uituperationis genus, quod  
 à quibusdam alijs peritioribus afferetur: qui quotidie inter mu-  
 lierculas se geometras, arithmeticos, musicos, astronomos, philo-  
 sophos, medicosq; prædicant: ac deniq; rerum omnium scientiam,  
 quam nec Magi (quibus tantū tribuunt) nouere, se affectuos pro-  
 fitentur & iactant: & cum afiduè alieno nomini detrahant, ac  
 quæcumq; inspexerint, uituperent, hac pacto maximam immorte-  
 litatis gloriam se adipisci existimant. postea uero, si quempā nos  
 incruditum uirum confixerint, non ut prius insurgentes conclamant  
 aut obstreput, sed confessum ueluti ab Harpostrate silentium  
 sibi imperatum sit, obtutus scunt. Nihilominus istos quoque,  
 qui in tota uita degenda nihil ex officina sua depromunt, tanquam  
 ignavum pecus floccifaciendos ducimus: quorum insolentia atq;  
 arrogantia, ni caueant, discantq; in futurum moderatus loqui, ali  
 quando comprimatur necesse est. At labor longius, ac institutum  
 meum fuisset: quanquam amor singularis, & charitas, qua san-  
 ctissimam patriam prosequor atq; complector, quia in ea tam cor-  
 ruptos mores iuuentarem invadisse animaduerto, inuitum me ad

M. ANT. ANTIMACHI EPIST.

ad haec non sine maximo animi moerore commemoranda deduxerunt. Verum his omisitis atq. negleatis, ad illud reuertamur. Nos (si labor noster, quem tui causa libentes admodum suscepimus, est te probabitur) tuo contentos iudicio, maiora in posterum aggrefios esse. Sed iam Gemistum audianus letinè loquentem: in cuius historia conuertenda (ut superius diximus) quanta fide usi sumus, ij qui utrancq; lingua perfectè callent, iudicabunt. reliqui vero, qui græcas literas nonquam attigerunt, quo maiore omnino fidem adhibeant, in Grecia nos didicisse sciant: quemadmodum ab initio orationis nostræ demonstratum est. quam tum hac de causa altius excorsi sumus: tum etiam, ut rerum commutaciones, fortuneq; uiciitudines, quæ sèpius nostros ad uirtutes conatus reprobis, omnes intelligenter. Vale, et me ut semper fecisti, dilige: ac Paulo Acerbo, atq; Eugenio, quibus me commendatum uelim, hoc munus, quod ad te mittendum curauimus, impetrare. Ferrarie, Idibus Iulij:

M. D. I L





G E M I S T I P L E T H O-  
N I S D E G E S T I S G R A E C O R V M  
post pugnam ad Mantineam  
per capita tractatio.

M. A N T O N I O A N T I M A C H O  
I N T E R P R E T E.

**P**Ost prælium ad Mantineam, in quo Epamínondas Thebanus Bœotiorum princeps, ac pugnæ illius dux cecidit, Græci bellorum diuturnitate uexati, inter se pacem fecerunt, Messenamq; sibi societate & foedore adiunixerunt. Lacedæmonijs nullo modo ferentes cum Messenijs inire concordiam, & amicitiam confirmare, huiusmodi pacis non fuere participes. Soli itaq; Græcorum omnium extra commune foedus societatem que relictæ sunt. Ad hæc qui oram Asiae maritimæ incolunt, ab Artaxerse Persarum rege desciuerunt: & cum ijs Satraparum quidam insurgentes, Regi bellum intulerunt, ex quibus clarissimi fuere Ariobarzanes Phrygiæ Satrapes, qui Mithridate defuncto, illius regiæ occupauerat: & Mausolus, qui Caræ principatum obtinebat, ac multa castella ciuitatesq; eximia dignitatis possidebat, quarum metropolim Halicarnassum esse cōtigerat; præterea Orontes Mysiæ Satrapes, et Autophradates Lydiæ, his rebus adducti, & horum auctoritate permoti, cū his consensere. At Satraparum qui in fide non petmanserunt, ij reliquis digniores celebrioresq; uidentur, quorum mentio habeatur. Nationes ue-

rò defecerunt, Iones, Lycij, Pisidæ, Pamphylij, Cilices, Syri, Phœnices, & ferè omnes qui maritima incolebant. Aegyptij autem antea sub Acoride defecerant. Et ea tempestate Tachos Aegypto dominabatur, accingebaturq; & ipse terra mariq; ad bellum contra Persas gerendum. Res igitur aliorum, qui huiusmodi consilij participes fuerant, male se habuerunt. Nam Orontes Myliae Satrapes, dux ab alijs ad belli summam administrandam delectus, quum ingentes pecunias ad habendū exterorum delectum suscepisset, proditis rebus, primum hos qui eas attulerant comprehendens, ad regem deducendos curauit, deinde urbes quamplurimas, nec nō milites, quos habitu delectu coegerat, ducibus qui à rege missi fuerant, in potestatem dedit: itidem Reomethres in Aegyptū communis eorum omnium qui descierant consensu missus, cum naues longas quinquaginta, et argentalenta non pauca accepisset, secundum Asiam nauigans, ad urbem nomine Leucas peruenit: ibi complures defectionis principes ad se uocatos atque retentos in vincula coniecit, ac ad Artaxersem misit: & quæ in Regem parabantur proditione, dissoluit. erat enim & hic unus ex ijs qui defecrant. At Aegyptiorum rex Tachos, pecunijs Lacedæmonem habendi delectus gratia per legatos missis, hortabatur Lacedæmonios, ut ipsi quoque communis secum consilio bellum contra Persas sciperent: eosq; in bello quod domi gerebant, pecunijs iuuare pollicebatur. Lacedæmonij legatione admissa, ac benignè admodum excepta, Agesilaum ipsorum regem auxilio mittunt. qui licet iam esset extrema senectute confessus (agebat enim octogesimum

Octogesimum fermè ætatis annum) tamen nihilominus administrationem hanc alacri libentiçp animo obeundam existimauit: arbitratus, dū ab Aegypto rebus Persarū regis perturbationem affert, Græcorum qui Asiam incolunt, libertati consuendum, quos pax Antalcidæ temporibus facta Regi prodiderat. quod plane Agesilao admodum inuitio contigerat, eiçp ualde displacebat. Conscimus itaque Agesilaus ex pecunijs, quas à Tacho missas acceperat, habito delectu, militibus naues complens, in Aegyptum nauigauit, & consiliarios Spartiatas triginta, ueluti & ante cum in Ioniam Asiae transiuit, secum duxit, qui ad Tachum profectus, nō quemadmodū sperabat totius exercitus imperator, sed mercenariorum tantum militum præfctus est declaratus. Nam Chabrias Atheniensis, qui proprijs sumptibus, & non ciuitatis, classem cōparauerat, eò profectus, toti officio maritimo præpositus, nauales copias administrabat. Summa uero imperij ad ipsum Tachum respiciebat. quæ sane res in primis Agesilaum non mediocriter perturbauit, doloreçp confecit. Præterea in reliquis arrogantiam uanitatemçp ipsius Aegyptij grauiter ferebat, omnia tamen sustinere cogebatur. Nauigauit itaq; cū illo, cui necessario cedebat, ad Phœnices: præter ipsius dignitatem atq; naturam singula fortiter ferens, quoad tempus idoneum nactus est. Nectanabis enim, qui Tacho nepos erat, partemçp copiarum in potestate habebat, desciuit: & Rex ab Aegyptijs appellatus, ab Agesilao auxilia petebat. Eadem à Chabria precastio contendebat, utrisq; maxima præmia proponebat, quæ ubi resciit Tachos, ad preces conuer-

sus, utrumq; in officio continere studebat. Et Chabrias quidem & suadendo, & hortando, Agesilaum in amicitia Tachi retinere tentabat. Agesilaus vero: Tibi, inquit, ô Chabria, cū tua sponte hanc militem suscepis, tuo arbitratu quodcunq; uolueris agere licet. Ego autem datus sum Aegyptijs à patria militum imperator. Non igitur præclarè me gererem, si quibus missus sum ad oppugnandos hostes socius, eos prælio lacecerem, nisi rursus iuberet patria. His dictis, viros, qui Tachum graviter incusarent, & Nectanabim summis ad cœlum laudibus efferten, Spartem misit. Illi quoque eodem legatos, deprecandi causa miserunt. Etis quidem uetus tam cum Lacedæmonijs amicitiam societatem que commemorabat: alter uero benevolentiam, & ad bene ciuitati faciendum propensum animum pollicebatur. Lacedæmonijs autem, audita legatione, Aegyptijs responderunt, Agesilaum hac ut recte fierent curatur. Sed illi, quod maximè ex usu Spartæ futurū putaret, agere mandauerunt. Hoc nūcio accepto, Agesilaus sumptis mercenarijs militibus, ad Nectanabim à Tacho defcluit: quē huiusmodi criminis insimulabat, quod senon ex ipsis ciuitatisq; dignitate uteretur. Tachos igitur à mercenarijs destitutus, fugā arripuit. Dum hac geruntur, quidam alias Mendesius aduersus Nectanabim insurgens, se se regem appellari fecit: coactisq; centum millibus hominū, contra Nectanabim profectus, proprius accedere, & clanculū ad Agesilaum tentandū mittere. Quod animaduertens Nectanabis, non parum timuit, & ipsum suspectum habuit. Et cum Agesilaus quamprimum cum hostibus congrediendum cen-

seret,

seret, neq; aduersus homines certaminis imperios, qui ingenti manu ad circumveundum circum uallandum c; ac ad plurima praeuenienda prestant, praelium differendum esse diceret, magis ac magis illius suspicionem timorem c; auxit. Ac propterea Nectanabis in urbem egregie & natura & opere munitam, magnum c; circuitum habentem, sercepit. Verum Agesilaus sibi fidem non adhiberi cospiciens, indignabatur, grauiter c; ferebat: pudore tamen detenus, ad alium rursus deficere, illum subsecutus intra moenia concessit, cum c; aduenientes hostes uallo fossa c; urbem cingerent, iterum formidans obsidionem Nectanabis, & ne omni exitu intercluderetur, quam primu; pugnare cupiebat: qua quidem in re Graecos longe promptos alacres c; habebat. nam eo in loco frumenti copia non suppeditabat. Contraria Agesilaus, quem non permitteret, immo potius prohiberet, maiori ignorantia atque infamia apud Aegyptios notabatur, quam antea, proditor Regis nuncupatus. ex quo tam animo omnem indignitatem & calumnias perferebat: occasionem c; bene rei gerend; ac strategematis peragendi expectabat. quod profectio tale erat. Fossam extra urbem circum muros profundam hostes ducebant, ubi rebus omnibus ipsos interclusos penitus prohiberent. Vbi igitur proprie opus consecutum erat, quod sibi occurreret, quod c; urbem undiquaque cingeret, ac parum deerat quin fossa coniungeretur, cum milites armari iussisset, ad Aegyptium profectus, ijs uerbis eum alloquitur. Exoptata salutis tempus, optime adolescens, hoc est, quod ego ne amitteretur ueritus, non aliiquid moliebar; nec prius egredi cupiebam. Vbi au-

## 6 GEMISTI PLETHONIS

etem hostes ipsi securitatē nobis ante oculos posuerunt, ac ut tūtū essemus proprijs manib⁹ effecerunt, tam uastā ducentes fossam, cuius ea pars quę perfecta est, corsū multitudinī impedimento erit, reliquum autem spaciū quod nondū effossum est, nobis facultatem dat cum ipsis pari certaminis conditione pugnandi: age nunc tu, qui vir strenuus uideri cupis, cursum nobiscum arripiens, hostes inuade, salutē tibi ipsis pariter & exercitu i com para. hostes enim qui fronti nostræ oppositi sunt, nequaquam nos sustinebunt: reliqui propter fossam non nocebunt. Hac oratione permotus Nestanabis, & Agesilai calliditatem prudentiāq; admiratus, armatis Græcis mediū sese præbens, cum impetum fecisset, resistentes hostes facillime in fugam cōiecit. Vbi autem Agesilaus semel dicto audentē Nestanabim habuit, quasi ludo quodam in eiusmodi certamine milites exercens, idem stragema uelut luctam Aegyptijs rursum inducbat, nunc enim insequendo, nūc subterfugiendo, ac instantibus cedendo, ipsorum multitudinem in quendam locum fossa admodum profunda ex utroq; latere præterfluente circumuallatum iniecit. quorū dimidiā partem intercludens, ac phalangis fronte præoccupans, ipsius copias hostium militibus pugnantibus, nec refugiendi ad suos, ne que circumueniendi facultatem habentibus adaequauit. Vnde nō diu resistentes in fugam conuersi sunt: multi interfecti, alijs fugientes quo cunque fors tulit dispersi ac dissipati. Ex hoc itaq; negocio Nestanabidiregnum confirmatum, & ipsius res in tuto collocatę, prosperè admodū procedebant.

At Agesilaus ad bellum quod patriæ imminebat,

iam

sam permouebatur: propterea quod ciuitatem pecunij indigere, ac milites externos alere conspica retur. Quem Aegyptius honorifice admodum magnificeque dimisit, ac muneribus amplissime donauit, & ad bellum gerendum argenti talenta triginta & ducenta dedit. Hyeme iam instante Agesilaus iuxta littus nauigans, cum oram Lybiæ preterueheretur, ad locum desertum (quem Menelai portum appellant) delatus, morbo decedit: cum uixisset annos quatuor supra octoginta, regnassetque in Sparta unum & quadraginta: & horum supra triginta omnium longe maximus atque potentissimus, ac totius ferè Græciae princeps rexque existimatus, eaque usque ad Leuctricam pugnam perseverauit opinio. Ipsius cadauer cum mellis facultas deesset, cera oblitum, Lacedæmonem delatum, regio funere sepultum est. Deinde Archidamus filius regno successit: quod eorum generi usque ad Agidem continenter permanxit. quem, dum patriam rempublicam resumere conaretur, quintum ordine ab Agesilao Leonidas interfecit. Verum non multo post Artaxerxis obitum, Ochus Persarum regnum suscipiens, cum terra marique exercitum coegeret, rursus Aegyptum subiugavit. & Apim immolans, taurum uersicolorem sub dei effigiem Aegyptijs ueneratum, cum amicis quos conuiuio succepit, est epulatus. Sed haec posterius. Tunc autem in Graecia Græcis per annum paci fauentibus, Megalopolani coorta inter eos seditione bellum gerebant: qui erant ex Megalopoli aduersus aliorum oppidorum gentes, quæcumque iam antea eiusdem domiciliis in Megalopoli cū ipsis participes fuerant, tunc molestè ferentes demigrationem ex patriis, ad pro-

priis

priā rursus oppida reuerterunt. Megalopolitani eos patrias relinquere, eundem rursus domiciliū locum, easdem sedes petere cogebant: non parentibus, bellum inferebant. Oppidani à Mantiniensibus, & reliquorum Arcadū socijs, ac etiam ab Eliensibus, auxilium summa contentione petebant: Megalopolitani ab Atheniensibus subsidium implorabant: qui citius audientes, armatorum millia tria, equites trecentos miserunt: hisc p Tamenem præfecerunt, qui Megalopolim profectus, oppidorum nōnulla diripiens, aliqua perterrefaciens, ad eam incolendam iterū demigrare coégit. Res itaq; de Megalopolis incolatu, quum ad tantum perturbationis deuenisset, huiusmodi ratione cōpressae sedatae c p fuerunt. Postea Alexāder Pheræorum tyrannus, naues piraticas ad Cycladas insulas emittens, cum earum nonnullas obsidione cepisset, maximum hominum numerum in potestatem rededit. cum' que in Peparethum milites exposuisset, urbem obsidebat. Athenienses Peparethijs auxilium ferre uolentes, Leosthenem cum nauibus miserunt. Sed hic milites quosdam Alexandri, qui subsidio ijs qui in Peparetho erāt, mittebantur, in Panormo deprehendens, ut interciperet obseruabat. naues uero Alexandri imprudentes inopinantes c p Athenienses aggressæ, eos in suam coniecerūt: & suos milites, qui in Panormo periclitabantur, incolumes conseruauerunt: naues c p Atticas quīnq; & Peparethiam unam excepterunt. Quo factō, Athenienses ira dolore c p graveriter iricensi, Leosthenem uelutī proditorem nece condemnauerunt. Deinde Charetem ducem deli gentes, eum cū nauibus copijs emiserunt. Hic iam

Iam hostes ueritus, à quibus cauebat, socios iniurij afficere non intermittebat, alięq; inlustre faciens, Corcyrae urbi sociæ cū appulisset, in ea maximis obsidiones concitauit. Ex quibus iugulations, multasq; rapinas postmodum fieri contigit, quo detimento accidit, ut Atheniensium populus apud socios calumniā subiret. Iam autem Philippus Amyntæ filius, qui apud Thebanos obsidis loco detinebatur, arrepta fuga in Macedoniam profectus, Macedonium regno potitus fuerat. & tunc erat Olympias quinta & centesima, Philippus enim Thebis obsidis loco morabatur, propterea quod eum Pelopidas ab Alexandro fratre obsidem suscepérat, qui iūc in Macedonia regnabat, quum Pelopidam Thebani aduersus Alexandrum Pheræorum tyrannū (in quem Thessali seditionem exercebant, subsidiumq; à Thebis accepcebant) ductorem exercitus misere: et ex Thessalia adueniens, in Macedonia repertus est. Et cū Alexandrum regem in societatem adduxisset, fratrem Philippū obsidem accepit, & Thebas misit: quod antea etiam temporibus Amyntæ patris Philippo contigerat. Amynta enim prælio ab Illyrijs superato, & uestigalia ipsis pendere, necnon obsidem præbere coacto, Philippus iste filiorū iunior, ut apud Thebanos obsidis loco maneret, traditus est, nam sic erat conuentū. Thebani puero suscepto, eum apud Epaminondā patrem collocauere, qui unā cum Epaminonda alebatur, eademq; disciplina instituebatur. Cōtigit autem, ut præceptor qui Epaminondā erudiebat, Pythagoricus esset. I Philippus igitur ex eo loco ubi obses deſinatur dimissus, apud patrem iterū degebat. Mortuo patre,

b filijs

filijs tribus legitimis, Alexandro, Perdicca, & Philippo isto relictis, & notho uno Ptolemæo Alorite, qui in Alore urbe Macedonica natus educatus est, Alorites ab urbe uocabatur. Alexander legitimorum natu maior regno successit; à quo Philippus Thebanis rursus obses est traditus. Sed Alexandrum, cum per annum regnasset, Alorites Ptolemæus dolis atq; insidijs interficiens, Macedonum imperium sibi uendicauit; Olympiade tertia & centesima, qui cum triennium in dominatu fuisset, à Perdica est imperfectus. Is postea summam imperij quinquennium administravit. Eo uero ab Illyrijs in prælio superato, & in clade ipso cadente, Philippus obses profugiens, regnum male affectum, obtinuit, primum enim in proxima pugna Macedones plures quatuor millibus ceciderant. deinde Pœones ipsi finitimi, propterea quod eos contemplationi haberent, Macedoniam passim depopulabantur. Postea Illyrij, ut in Macedoniā irruerent, ingentes copias comparabant: & Pausanias quidam ex cognatione ac consanguinitate regia, ope Thracum regis, Macedonicum regnum inuaderetur reconabatur. Athenienses insuper Argeum quendam, & hunc regij generis, ad assequendū huiusmodi regnum adducebant: dato Mantiae duci negotio, qui cum nauibus copijs minime contemnendis, & cum armatorum, necnon mercenariorum militum multitudine eo profectus, illum adiuuaret. Philippus uero regnum sic affectum suscipiens, animo minime consternatus est, neq; rerum desperatione perterritus: sed cum dexteritate naturæ multum ualeret, & præter naturam graeca disciplina institutioneç minime vulgari excelleret,

primum

primum Macedonas trepidantes conspicatus, habita concione eos consolatus, & ad animi firmitudinem cohortatus, audentiores reddidit; deinde ipsorum armaturas ordinesque militares in meliorrem ornatoremque formam rededit. Præterea Macedonicæ phalangis conserendorum scutorum consuetudinem primus constituit, postea missa ad Pœonas legatione, cum donis et pollicitationibus eorum primates alliceret, ut pacem secum firmarent eis persuasit. Sic etiam Pausanias iter auertit, nam Regi, qui eum in regnum adducturus erat, ne id faceret, largitione dissuasit. Post Mantias Atheniensium dux, cum Methonem nauigasset, ipse ibi substitit: & Argeum quem secum habebat, ad Aegas urbem in continentem Macedonicam, cum mercenarijs militibus misit, qui ubi ciuitati appropinquasset, ac uerbis ciuium animos tentauisset, ut se se parum proficere animaduertit, Methonem reuertebatur, redeunti Philippus occurrit, & prælio commisso, eum in fugam coniecit, & magnam mercenariorum partem cæcidit, reliquos in quendam tumultum fugientes, sub foedere dimisit: profugis ex pacto & conuentu sibi deditis. Dū hæc autem gerentur, Thasij quoque Crenidas uocatas incoluerunt: quos postea rex Philippus aucta habitantulum multitudine, Philippos a se ipso nuncupauit. Ad hæc legatione Athenas missa, pacem ab eo populo facile impetravit. Verum ubi Atheniensium bello liberatus est, simulque Agim Pœonum regem decessisse sensit, oblatā sibi occasionem Pœonas inuadendi existimans, ductis in illos copijs, ac conferto prælio eos superauit, & in Macedonum potestatem rededit. Annus autem erat Philippore.

b 2 gnanti

gnanti secundus, quum Pœonas subegit, Reliquum ipsius bellum cum Illyriis fuit: in quo ob uitioriam contra Pœonas Macedonum uirtute partam audentior uidebatur. Igitur conuocato concilio, concessionem apud milites habuit. eosque quibus parerat uerbis ad bellum cohortatus, in Illyriorum prouinciam exercitum duxit: petens ab ipsis Macedonibus urbes, quas occupauerat, sibi restituerent: Bardylo Illyriorum rege huiusmodi postulata non suscipiente, pacemque longe alia conditione fieri petente, uidecet uti ciuitates, quibus utrique antea imperauerant, retinerent, cum nec Philippus ipsis assentiret, ac copias propinquas haberent, prælium commisere. Et cum utriusque exercitus promptè alacriterque dimicarent, pari certamine diu atque acriter pugnatum est: Vbi autem hinc equites, inde Philippus in medios irruens hostes incolumis eausit, Illyrii terga uertentes, sese fugæ mandaerunt, ac ueluti penitus superati, petitas prius urbes Philippo dedentes, pacem obiinuerunt: Philippus itaque Macedonum regnum, quod in maximo discribime uersari uidebatur, priusquam biennium transiret tutissimum reddidit. Posthac Eubœi mutuis seditionibus agitati, cum eorum aliqui à Boeotiis auxilium accersissent, nonnulli ab Atheniensibus subsidium implorassent: nullo magno rei bellicæ apparatu, sed quibusdam pugnae præludijs, ac paruis prælijs minimè recensendis in insula contendebant: in quibus nunc Boeotij, nunc Athenienses superiores erant, donec Eubœi cladibus acceptis, propterea quod inter ipsos bellum intestinum uigebat, calamitatibus admodum simul conciliati sunt, & bellum dimisere. Boeotij

vix uero & Athenienses domum reuerti sunt. At paulo post Athenienses in bellū, quod Sociale dictum est, inciderunt: quod triennū sustinuerunt. Rhodij enim, Coi, nec non Chij, unaq; Byzantij, qui interim in eorum amicitia societateq; permanerant, tunc defecere. Athenienses eo consilio his bellum inferebant, ut si fieri posset, aliquo modo eos rursus in societatem adducerent: quod nequaquam efficere potuerūt, nam Insulanī alacriter prælium sustinebant: & Mausolus, qui in Caria principatum obtinebat, unā cum ijs bellum suscipiebat. Postea Chares Atheniensem dux, cum ē nauibus descendisset, & Pharnabazo, qui à rege desciuerat, maximis copijs auxilium ferret, Satrapas Regis superauit, quo facto, pecunias à Pharnabazo ad stipendum exercitui dandum accepit. Rumor autē pererebruit, Regem ob Chareta ira grauter incensum, Insulanis aduersus Athenienses trecentarum nauium auxilium missurū. Quod ueriti Athenienses, bellū dimisere: pacemq; quibus Insulanī uolebant cōditionibus, sanxere. Sed hæc postea, Philippus uero Macedonum rex, ut Pœonas subiugauit, & cum Illyrijs pacem sibi nō minus honestā quam gloriosam firmauit, cū Macedonicas urbes recepisset, & loca quæ pertinebant usq; ad paludem Lycnitida uocatā subegisset, in Amphipolitanos (qui in ripa Strymonis fluuij ciuitatem habent amplissimā) propterea quod maxima sibi incommoda, & minime preferenda inflixerant, exercitū duxit. Et cum eos obsideret, cepit. Mox urbe potitus, paucos quosdam, quos sibi admodum infensos cognouerat, in exilium misit, reliquos humani timore habuit, & urbem ad ne-

gotia in Thracas conficienda peropportunam re-  
tinuit. Subito etiam Pydnam urbem, in Thermæo  
sinu positam occupauit. Deinde Potidaam obsi-  
dens, urbem in Palenes Cherronesi ceruice sitam,  
& Atheniensium præsidio custoditam, in potesta-  
tem redigit: & custodes, uti Atheniensium popu-  
lo aliquid gratia impertiri uideretur, incolumes  
Athenas humaniter misit: urbem uero captiuam  
euertit, & Olynthijs, qui finitimí erant, agros pos-  
sessionesq; cōcessit: uti eis ciuitatem regionis illius  
longè maximā potentissimamq; habentibus, inser-  
uiret. Etenim ceu bellū ab Atheniensibus iam ex-  
pectaret, Olynthios præoccupare decreuit, quo  
sibi non nocerent, neque Atheniensibus prælum  
inferrent, ac neutrum eorū aduersus alterum iur-  
uarent. Deinde ad urbem Crenidas profectus, cū  
eam incolarum multitudine mītū in modum ad-  
auxisset, Philippostrō iterum à sui appellatione no-  
mīnandos instituisse, aurifodinas, quæ in eo tra-  
ctu erant, sed tenues admodum, & quæ nullo in  
precio haberentur, ad tantum incrementi structu-  
ris quibusdam adduxit, ut ei amplius mille talenta  
prouentus redderent. Vnde pecunijs iam non pa-  
rum affluens, Macedonicū regnum ad summę po-  
tentiae fastigii euexit, nummum enim aureum in-  
ter alios probatissimum existimatū cudi iussit, Phi-  
lippeumq; nominari uoluit: cum hoc, militū qui  
sub stipendio mererent, ualidum numerum con-  
stituit, & eiusmodi nummos ad ciuitatum præfe-  
ctos mittens, muneribus corruptos ad illarū pro-  
ditionem alliciebat: & celeriter quæcunque ueller,  
conficiebat. Sed hæc in Macedonia, Dion uero  
Syracusanus Hipparini filius, cum in Siciliam na-  
uigasset,

uigasset, à Dionysij iunioris tyrannide ciues liberauit, Olympias autem erat sexta & centesima nuper exacta, quum hæc ab eo gesta sunt. At vir iste omnium qui ante ipsum fuerunt, quorum memoria habetur, minimis usus occasionibus, maximas uidetur potentias oppressisse, duabus enim nauibus rotundis, & paucis militibus in his impositis, initio permotus, tyrannidem plurimis triremibus ac multis mercenarijs septam munitamq; deleuit. Causæ uero Dionis in Dionysiu belli, hæc fuerunt. Dionysius senior cum ex humili ac ignobili clue Syracusanorū tyrannidem occupasset, eamq; pluribus mercenarijs tueretur, uxores duas in matrimonium duxit, ambasq; simul eisdem in nuptijs adhibuit. unam ex Locride Italie ciuitate, alteram indigenam, Hipparini hominis inter ciues spectissimi filiā: cuius frater erat Dion. Dionysio his ad hunc modum habentibus, Plato peregre ex Athenis profectus, ad ea quæ sunt circa Italiam atq; Siciliam loca, ob urbium ac rerum publicarum, quæ sicc erant contemplationem uenit: & ad tyrannum quoq; hunc, loci illius Græcorum longe potentissimum profectus est, tentaturus, si aliquo modo diuina quadam sorte eū ad philosophiā cohortatus, maximorum bonorum quibus imperabat ciuitibus constituendorum auctor fieri posset: conspi catus tyrannos, quamcunq; rem seu probam siue flagitiosam aggrediantur, in ea plurimum valere. Apud tyrannū igitur uoto non partu frustratus est, qui ob loquendi licentiam alioquin iratus, quum bellum tunc Lacedæmonijs cum Atheniensibus esset, eum Polidi Lacedæmoniarum nauium praefecto ut uenundaretur dedit. Quo circa Aeginam  
[uendente,

uendente, casu quodam Cyrenæus uir nominè Anñiceni eum mercatur. Cui cum pecunias eius sedimendi gratia socij attulissent, illas respuit. assertens non ipsos solos, quibus Plato curæ sit, dignos esse. Taha igitur ei apud tyrannum contigere. In Dionem uero iuuenem eo tempore incidens, adeo ingeniosum ad philosophiam inuenit, ut à nemine æqualium suorum in his quæ ad eam attinebant, superaretur. qui ob eius cognitionem cum tam ornate modesteque uiueret, hominibus delicijs deditis, ac tyrannico more degentibus molestior euasit. Dionysius uero animum à philosophia alienum habebat. Sed poëtica oblectabatur, ac poëmata componebat: quæ ab adulatoribus optima esse, quum reuera mala essent, persuasus est, ac si aliquando ea quispiam uituperauerat, ira tentabatur. Fortè enim eum qui reprehenderet, non uera dicere, sed inuidia adductū carpere existimabat. & quandam Philoxenum optimum dithyramborum poëtam, quod audiens uituperauerat, ad lapidinas detrudendum misit. Postea rogantibus amicis ubi eum eduxisset, ac in gratiam iterum suscepisset, rursus ostendens poëmata, qualia sibi uidentur, interrogabat, hic uero de carminibus nihil dixit, sed Dionysij ministris vocatis: Ad lapidicas me, inquit, abducite. Quod Dionysius faciet à loco attribuens, aliquantulum æquo animo tulit. Hoc uita functo, filijs tribus relictis, seniore uno sibi ipsi cognomine Dionysio ex Locrensi sceptro, duobus ex ciue Dionis sorore, Hippatino & Nysæo: Dionysius, utpote maior natus, tyranni successit, cui adhuc iuueni, & in hoc ætatis extenti, in quo potissimum homines circa uitæ iudicium

cium trutina examinantur, Dion ex philosophia sermones attulit, ac ad eam deduxit. Alij ad alia retraxere. Itaque Dion (nam interim ualebat apud ipsum non minus auctoritate quam gratia) philosophiae causa Platonem accersere Dionysio persuaderet, quem ipse quoque literis, ut in Siciliam contenderet, deprecabatur: tanquam maxima spes esset, Dionysium tantum tyrannum uelle philosophati. Sic iam Plato in Siciliam rursus proficiscitur, quod cum peruenisset, Dionis aduersarios tunc imperantes inuenit: qui Dionysio suadebant, quod Dion, utpote qui tyrannidi insidiaretur, eum ad philosophiam cohortabatur, ut disciplina iam demulcens imperium negligenter, & quaecumque Dion ficeret, ipsum laterent. Itaque Dionysius non multo post Platonis aduentum, Dionem in paruo nauigio impositum eiecit, Platonem, & reliquos Dionis amicos consolari, & iam perterrefactos benignè suscipere non desistebat, asserens electionem Dionis non exilium, sed loci mutationem fuisset quippe, qui quum ipse ea quae faciunt ad imperium stabiliendum constituerit, iterum reuerlusus sit. Platonem interim praecipuo in honore habebat, ac ut secum maneret precabatur, uicem simul cogebat: cum non dissimulanter nauigationem semi-nimè concessurum ostenderet. Manet itaque, uellet nollet, apud Dionysium Plato: & totis uiribus ei philosophiae uitæ cupiditatem iniucere conatur. Dionysius quoque Platonem ab amicitia Dionis auertere: & in suam ipsius magis adducere studebat. Vbi neutrorum conatus procedebat, Dionysius ea conditione Platonem dimittere persuadetur, si rursus in Siciliam reuerti (quum ille ipsum,

c simul

## 10 GEMISTI PLETHONIS

simul & Dionem accersuerit) recipiat. Velle autem accersere, pace confecta: nam tunc bellum uigebat. Pace iam firmata, Dionysius Platonem non amplius (ut conuenerant) una cum Dione, sed solum accersit. Quare primum quidem, licet Dion iuberet, rogaretque, non obtemperabat. Postea cum triremem misisset, quo facilius iter ficeret, ac in ipsa quosdam ex ijs qui in Sicilia Platonis admodum amici ac familiares effecti fuerant, imposuisset, ad eum in hanc sententiam scribit: Si ueneris, omnia tibi de Dione, quemadmodum ipse uolueris, conficientur, uoles autem scio, ea quae ab aequitate modestiaque minime abhorrent: & ego concedam. Simminus, nihil earum rerum quae ad Dionem pertinent, iuxta tui animi sententiā assiqueris. Simulque ijs qui in trireme erant, admirabili philosophiae considerio Dionysium teneri diuulgabant. Fuit etiam nescio quid tale Archytæ Tarentini, uiri Pythagorici, ea tempestate elatissimi atque probatissimi. nam ipse quoque Platonem Dionysio morem gerebat, ac ad eum proficisci literis hortabatur: assenserens, neque sibi, neque suæ ipsius ciuitati, si non obtemperauerit, profuturum: propterea quod amicitiam, quam cum Dionysio haberet, ipso Platone auctore iniuerit. Ita iam persuadetur Plato, & tertio in Siciliam proficiscitur. Eò profecto, nihil commodum seu mediocre, sed multo peius quam antea contigit. Dionysius enim philosophiaæ gratia non amplius Platonis, neque eius sermonibus seipsum præbebat: persuasus iterum calumniorum uerbis, qui ei, utpote qui unam cum Dione tyrannidi infidiaretur, custodias ponit uubebat, ne ipse disciplina forte impediretur. Afferuabatur igitur, licet

à philosophiæ Dionysius amore haud alienus, neque hebes omnino esset: sed delicijs ac timore, simul ne ex tyrannide ejaceretur, detinebatur. In ijs uero quæ ad Dionem attinebant, ita sese gerebat, primum quum opibus suis eū frui sineret, tunc illius procuratores ei nihil amplius mittere permettebat. sed & tandem eius bona uendebat, ac quibus uolebat impariebatur. Plato itaq; propter hæc, & quædam alia quæ sibi apud tyrrannū contigerunt, ac ob Dionis amicos, atq; seipsum, Dionysio iratus, quod sibi retro nauigandi facultas nō permitteretur, ad Archytam cæteros q; quos Tarenti amicos habebat, mittit; quo in statu res sit docet. Ii uero legationem quandā à ciuitate adepti, triginata remorum nauem, & Questorem unūmittunt, qui ad Dionysium profectus, ut Platonem dimitteret, rogabat. Sic dimissus Plato, ac in Peloponnesum perueniens, Dionem in Olympijs certamina spectantem offendit: quæ à Dionysio de ipsius facultatibus amicisq; facta sint, nūciat. Hic deos testatus, ad bellū contra Dionysium, patrięq; libertatem commotus est. Erat autem Dion gene-  
 re à Dionysio minime alienus, nam ipsorum pa-  
 rentes Hipparinus & Dionysius, consobrini inter  
 se sese fuerant: & quum ciuitati maximum à Cartha-  
 ginensibus bellum illatum fuisse, ambo ad sum-  
 mam illius belli administrandam duces cum ma-  
 xima potestate delecti suere: Dionysius, uti iuni-  
 or, exercitus-imperator; Hipparinus uero, utpote  
 senior, rerum gerendarum consiliarius. Qui post-  
 quam aduersus Carthaginenses non minus præ-  
 clare quam feliciter præliati sunt, Syracusasq; &  
 reliquam Siciliam ab imminenti periculo conser-  
 viunt

uauere, Syracusarum, ac totius ferè Siciliæ imperiū inter se commune habuerunt. Hipparinus autem quum diem obijsset, Dionysius domesticarum rerum tutorem cōstituit. & quum tres essent filiae, Aristomachem maiorem natu ipsi nuptum collocari, reliquas duas sorores Leptinæ & Thearidae in matrimoniuū dari testamento mandauit. Et hæc à Dionysio ita confecta fuere. Solus itaq; iam relitus, more magis tyrannico, stabilioriq; princi patum firmauit, & res aduersus Carthaginenses peiores in statum adduxit: uti ipsis uectigal impo neret, eosq; stipendiarios haberet. Sed Dion funiorum Dionysium per Platonem tentabat, si aliquo modo fieri posset, ut ei in aliquid regnum Laco nicum tyrannidem commutare persuaderet, patriamq; mitioribus æquioribusq; legibus ornatet; arbitratus fortasse, & Dionysio, & patriæ itidem hæc fore optima atque pulcherrima. Postea quam ipsis conatus non procedebant, simul que in uictu ac bonorum consumptione iniuria affiebatur, permotus est ad bellum, tyrannidemq; de lendam. Et reliquos amicos, ac Platonem etiam, uti bellum secum susciperent, aduocabat. Plato alios exorari, si uellent, iubebat: sese enim Dionysium minime oppugnaturum. nam gratiam illi habere post immortales deos, quod caluniatoribus (inquit) asserentibus me tecū ipsi atq; tyrannidi insidiari, meq; interficere iubentibus, nunquam est persuasus: quum fortasse illos uera dicere existimat, nihilominus hic mihi nescio quid pudoris incussit. Causæ itaq;, quod Dionysio bellū Dion intulerit, hec fuerunt. Deinceps quāmcelerrimē in Peloponneso, & reliqua Græcia habitō extero rum

rum milium delectu, à Zacyntho duabus rotun-  
 dis nauibus euectus, in Siciliam ad urbem Mino-  
 am nauigauit: quam quidem Minos ille Cretensi-  
 um rex, ubi in Siciliam ad Dædali inquisitionem  
 profectus, à Cocalo Sicanorum rege hospitio su-  
 sceptus est, ædificauit. Sed eo tempore Carthagi-  
 nensi parebat imperio, licet prius Agrigentinæ  
 portionis esset. Huiusmodi uero ciuitatis præfe-  
 ctus Synalus nomine, cū plurima esset Dionis ami-  
 citia atq; hospitalitate coniunctus, eū prompte be-  
 nigneç suscepit. Et postulant, ut armaturas nu-  
 mero quinque millia, quas in nauibus aduexerat,  
 Syracusas uehiculis transmitteret, ei libentissime  
 morem gessit. Ipse uero Dion mercenarijs nō am-  
 plius mille susceptis, eodem proficiscitur. In itine-  
 re Agrigentinos, Geloos, Camarineosç, ac Sica-  
 norum Siculorumç nōnullos adhortatus, uti Sy-  
 racusas in libertatem vindicarent, eis facile persua-  
 sit, & celerrimè maximam armatorum multitudi-  
 nem ad tyrannidem delendam adduxit. Quisimul  
 ac Syracusanos fines attigit, inermium uirorum  
 ingens multitudo ei obuiam proficiscitur: quibus  
 Dionysius, quod eis parum fidei haberet, arma a-  
 demerat. Dion arma, quæ tutelæ causa secū adue-  
 xerat, eorū magis idoneis distribuit: et nemine ob-  
 stante urbem ingreditur, nā per id temporis Dio-  
 nysius aberat, & circa Ionium cum maiori copia-  
 rum parte, ut illic res disponeret, moram trahebat.  
 In arce uero relicti custodes, cum ad dimicandum  
 se minimè pares censerent, ad pugnam cum Dio-  
 ne Syracusanisç ineundam nequaquam exiue-  
 runt, sed prælio abstinuerunt. Dionysius interim  
 de Dionis aduentu certior factus, die septimo post

cum diem quo Dion urbem occupauerat, eodem  
peruenit; & arcem ingressus, cum aliquot paucos  
dies se contineret, optimumq; mercenarijs even-  
tum polliceretur, eos repente eruptione facta con-  
tra Syracusanos immisit, qui multo cum clamore,  
ac ingenti perturbatione in illos qui murum tue-  
bantur (quem Syracusani ex mari ad mare cōstru-  
xerant, arcemq; circumseperant) irruentes, nō so-  
lum superauerunt, uerum etiam intra murum in-  
gressi, cū Syracusanis iam prope ipsum duce Dio-  
ne occurrentibus, congressum habuerunt. Acri  
atrocīq; pugna commissa, Syracusani unā cū Dio-  
ne, sed non sine uulneribus, uictores evasere. At  
Dionysij milites multis suorum amissis superati,  
sele in arcem receperunt. Et Dion eam muri par-  
tem, quae deerat, absoluēbat, donec ipsam tutissi-  
mam redderet. Ad hæc Heraclides, qui & ipse à  
Dionysio in exilium missus fuerat, Syracusas ap-  
pulit, nam in Peloponneso longarum nauium il-  
lic præparatarum à Dione princeps suscepimus fue-  
rat: at quibusdam tempestatibus impeditus, Dio-  
nis aduentu, ac Syracusanorū libertate posterior  
applicuit. Venit autem cum longis nauibus uigin-  
ti, & militibus circiter mille & quingentis. Cūq; is  
uirtute plurimum excelleret, & magni consiliij ui-  
deretur, à Syracusanis omnium maritimarum co-  
piarum, suarum scilicet, & earum quas ipse aduen-  
tans adduxerat, præfectus deligitur. & Dionis col-  
lega designatus: communī consilio contra Diony-  
sium bellū gerebant. Non multo pōst, Philistus e-  
tiam, uir spectatae fidei, & qui magno usui semper  
tyrannis fuerat, classis præfectus à Dionysio decla-  
ratus, cum Syracusanis, qui & ipsi naues propin-  
quas

quas habebant, nauale præliū commisit. Pugnatum est utrinqe fortissimè. Sed Philistus, quamuis strenuè præclaree decertaret, tanto superatus est detimento, uti cum in maximo discrimine uersaretur, ne uiuus in potestatem Syracusanorū perueniret, sibi mortem consciuerit. Posthanc autem pugnā naualem Dionysius uictus in urbe, & tūc maritimo certamine superatus, amissō tantæ experientiae duce, ac amicorum probatissimo, eiusmodi cum Syracusanis pactionem iniire tentauit: uti eis arcem dederet, ipse cū mercenariorū præsidio, & opibus, pecuniasqe in Italiam nauigaret: quod impetrare non potuit, licet Dion, quæ dabantur, ea non esse respuenda, Syracusanis consuleret. At iij, propterea quod in arce parum commeatus esse diceretur, breui tempore se illam obsidione assecuturos sperabant. Sic Dionysius ex præsenti rerum statu cogitans quid esset optimum factu, idoneos in arce custodes reliquit. ipse preciosissimis quibusdam cum maiori mercenariorum parte susceptis, clam in Italiam nauigauit. Ad hæc cum Syracusani inter se mutuis seditionibus agitarentur, ac eorum aliqui summam rerum Heraclidim mandandam censerent (quod is tyrannidem nūquam affectaturus uideretur) alijs ad Dionē deferendam si Dionysiu penitus superauerit, assueverarent: non nulli Dionem potissimum deligerent: ac externis ex Peloponneso & reliqua Græcia militibus, qui eos in libertatem uindicauerant, stipendia quæ eis debebantur, non persoluerentur, illorum animi auersi sunt. qui Dionem, uti ipsorū principatum susciperet, ac de Syracusanis ueluti communibus, inimicis supplicium sumeret, obsecrabant. Dion

intra

quod

quod socios factos, & in aduentu sibi inseruientes prodere, ab omni prorsus æquitate alienum iudicabat, ijs nequaquam assentendū existimauit. Sed aduenarū (qui circiter millia tria fuerant) principatum suscepit: & cum ipsis Leontinos ire contendit. Recedentem Syracusanū in itinere inuidunt. pugna commissa, Dion longē superior eua- sit. Mox mittentibus ijs qui defunctorū corpora ad sepulturam peterent, non solū ea benigne con- cessit, uerum ipsorum captiuos incolumes sine pre- cio dimisit. Postquam autem Dionysius ex Lo- cride Italizæ ciuitate (unde eius mater Dorica erat) commeatum, & reliqua omnia quæ ad custodiam usui sunt, præparauerat, hæc onerarijs nauibus im- posita, ad illos qui in arce obsidebantur mittebat, ac triremes, quo onus tutius cōportari posset, ad- lunixerat: quibus Nypsiū Neapolitanū, uirum non minus cōsilio quam fortitudine præstantem, præfecerat. Naves onerariæ arcem appulerunt, & qui paulo antea re frumentaria premebantur, ac ob eius inopiam cum Syracusanis de delenda arce serè depecti conuenerant, onus exportabant. Tri- remes uero cum Syracusanis præliari coctæ sunt. Qui cōmissa naualī pugna, uictores fuere. adeptū uictoria, ob eius gratulationem Dijs sacrificia am- plissima reddiderūt. ipsi deinde ad cōuiitia, & com- potationes, ac modulamina, à prima luce usq; in profundam noctem conuersi sunt. Quod conspi- catus Nypsius, cecidisse sibi per opportunè existi- mavit, et cōmodissime fretus temporis occasione, ususq; beneficio fortunæ, mīrū scalis aggressus, quim in custodes ebrietate dormientes incidisset, uictoriā est adeptus. Quo statim euulso, milites immisit:

Immisit: qui urbem irruentes, quoscunq; obuiam  
habuerunt trucidare, opes diripere, foeminas cap-  
tivas in arcem ducere coeperunt. Syracusani neq;  
per noctem, neq; postquam illuxit, quo' nam hac  
in reprofugio ac remedio uterentur, sciebant: eo  
quod sibjpsis auxiliū ferre nequirent. Verum si-  
mulac quidam Dionē negocīū indigere cōmemorauit (tanquā hæc unica salutis spes reliqua esset)  
omnes ē uestigio temporis huiusmodi consilium  
summis laudibus extulere. Et quidam ex primati-  
bus atq; equitibus ad Dionem legationem obitu-  
rimittuntur, qui uergente iam ad uesperum die in  
Leontinos profecti, uti nolit Syracusas desolatas  
despicere, eum deprecantur: sed quod Syracusani  
eorum quæ in ipsum deliquerant, satis poenarum  
hostibus dederint, iniuriarū uelit obliuisci. Dion  
itaq; eis audiens, milites suos cohortatus, compa-  
ratiscq; ē uestigio necessarijs, noctu recessit: & sub  
auroram Syracusas proficiscitur, quo' cum perue-  
nisset, Dionysij mercenarios non solum trucidan-  
tes, rapientesq; ac deprædantes, sed iam domibus  
ignem iniçientes deprehendit. Confestim igitur  
suis militibus, unā cū Syracusanis in ordinem re-  
dactis, acie instructa, quum perturbatis tyranni  
occurrisset, multos interfecit: alios terga uertentes  
rursus in arcem compulit: et murum ea parte, qua  
euulsus fuerat, in integrum restituit. Hoc facinore  
præclare gesto (quod splendore & gloria priori ne  
quaquā inferius videbatur) Syracusani Dionem  
solum terra mariq; imperatorem diligunt. Hic au-  
tem Heraclidi maritimum imperium est imparti-  
tus. At is aliquid semper flagitosum facere non in-  
termittebat, nam continenter ad seditionem po-  
d pulum

pulm concitabat, & hoc modo summam imperij ad se se trahere conabatur. Semelq; Dionem è castris redeuntem, ne urbem introiret, palam excludebat et aggressus est. Dicebatur etiam clandestinas pactiones per Spartanum Pharacem transigeret qui sub ipso primum in exercitu locum obtinebat, postea rursus Dioni reconciliatus, quum maximum iusurandum per Gesylum alterū Sparta-num virum æquitate præstantem dedisset, nec sic à seditione destitutus, nam aliquid semper aduersus Dionem inuidia adductus mouebat. Neq; cū na- uium præfectus esset, neq; postquam Syracusanis classem (quum ea non amplius indigere existimarent) missam fecerant, quiescebat, donec uitā pri- uatam agens, à Dionis amicis (simul atq; arx in e- ius potestatem uenerat) interfactus est qui hoc eti- am multo antea patrare uoluerant. Sed eò usque à Dione uetiti, tunc ipso concedente opus perege- runt: quoniam reipublicæ, quam iam constituere animo delibeturuerat, hominem ob flagitia maximo impedimento futurum conspiciebat. Heraclide ita defuncto, Dion nihilominus amplissimi funus ei præparauit: et ipse toto exercitu inseguen- te, cadauer usq; ad sepulturam præmisit. Sed hæc postea. Apollocrates autē Dionysij filius cui arx tradita fuerat, quū ei à Syracusanis obsesso nemo suppetias ferret, & iam commeatus defecisset, ac nullum ex mercenariorū opera usum capere pos- set, inita cum Dione pactione, arcem illi cū armis, ac reliquo bellī apparatu tradidit. & matre sorori- bus que receptis, quinis onustis triremibus ad pa- trem nauigauit: tuto discedendi potestate Dionis concessu impetrata, Dion uero postquam arcem accepit,

accepit, Syracusanis restituit, & ipse sorore Aristomacha unā cū proprio filio, & Aretā suscepta, domi se continebat, hanc Aretem Dionysij senioris & Aristomachae filiam, pater Dionis collocauit. A juniori autem Dionysio simulatq; omnis de reconcilianda gratia inter ipsum & Dionem spes adempta fuerat, Timocrati uni ex amicis collocata, quum ipsi Dion ignouisset ( propterea quod sciebat in uitam necessariō id egisse ) in domo rursus suscepit. In ijs constitutus, quiescere decreuit, & Corinthum eo consilio misit, uti illinc homines qui ad leges ferendas sibi adiumento futuri essent, aduocaret: eo quod ciuitatem nō mero populi dominatu uti, sed optimatum principati admistam conspicaretur: simulq; uti metropolim in precio atque in honore habere uideretur. Heraclidem autem, quoniam à seditione non desisteret ( malum profecto nihil tyrannide inferius, sed latè patens optimae reipublicæ aduersaturum ) Dionis amici interfecerunt. At Dion ijs quæ decreuerat, finem non est permisus imponere, nam in hoc rerū statu constitutus, à Calippo Atheniense sociorū uno omniū quos haberet sceleratissimo cōciditur. Calippus iste Dioni exulanti, ac per Græciā uaganti socius factus, unā cum fratre ipsius non ex disciplina, sed ex consuetā multis societate, se ad eius amicitiā aggregauerat, ac expeditionis, & reliquarum actionum particeps fuerat. Postea nouarum rerū cupidus, simulatq; Heraclides uir utiq; maxime inter Syracusanos auctoritatis, è medio sublatus fuerat, externorum aliquos corrumpere intcohauit: infidiasq; Dionī parabat, uti ipsorum principatum sibi uendicaret, quod quū patraret, non

d 2 omnino

omnino latuit. Sed Dion Heraclidi morti Calippi cædem adiungere negligebat. Hic uero Calippus quum iam se detectum non ignoraret, mulieres adiuit, & nouis rebus studere negauit, simul quod iusurandum maximum existimatum iurauit, sele nihil noui contra Dionem facere, neq; facturum. Ad hunc modum iuratus, in ipsius Deæ die festo, cuius in templo iurauerat, mercenario rum corruptos aduersus Dionem instituens, sceleratissimos eorum qui Zacynthij erant in ipsum immisit, & per illos interfecit: quum ipse & frater arma in manibus habentes, percussoribus adiutores adstarent. Vbi autem Calippus Dionem interfecit, aliquid paruum tempus Syracusarum imperium administravit. Mox Catanem capere adortus, amicorum Dionis opera Syracusas amisit: qui Hipparinum Dionysij, & alterum Hipparinum Dionis filium summæ imperii præfecerunt. Eiectus uero Syracusis Calippus, Messenios inuidit, ubi maxima militū parte (in quibus etiā Dionis interfactores fuerant) amissa, nulla eum Siciliæ ciuitate suscipiente, uerum uniuersis ut flagitosum propulsantibus, Rhegium occupauit. ibi non multū tempus in summa degens inopia, cum sub stipendio merētibus militibus necessaria ægre suppeditaret, à Leptino & Polyperconte occiditur, eodem quo Dion interfactus est pugione, sorte quadam utentibus: quem breuitate Laconicorum more, & operis pulchritudine, ac artificij uarietate, cognitum ferunt, tanquam ex hoc iure uideretur Dioni penas persoluens, sic interfactus fuisse. Talia itaq; de Calippo. At Syracusano rurbem in frequenti tyrannorū mutatione constitutam,

stitutam, Dionysius tandem decimo post Dionis expeditionem anno rursus occupauit. Et quemad modum mirum fuerat, eum ex tyrannide maximis copijs munita, parua manu electum fuisse: ita etiam admirabilius fuit, exulem & deiectum, ac gravia multa per pessum, eam recuperasse. quippe qui in eiusmodi rerum commutatione filias corpore prostitutas, uxorem cum sorore ab inimicis uuentem obscoenis uoluptatibus uiolatam atque turpatam uiderit: postea que una cum filijs subuersam in pelagus. Sic infeliciter agens, quosdara aduenas nihilominus cogens, tyrannidem iterum recepit: Nysaeumq[ue] tunc regnantem expulit. Itaq[ue] Syracusan[us] qui in urbe manserant, in seruitutem redacti, eo crudelius quam antea a tyranno opprimebantur, quod calamitates animum aduersum omnes uehementer exasperauerat. Qui uero profugerant, ad Hicetem Leontinorū principem, ultrum profecto flagitosum, & nemine ex ihs quos superadmonstrauimus tyrannis meliorem, diuer tuit, nam interim nullam aliam presentium maiorū auersionem reperiebant, nec ad quem alium confugerent, habebant. Hic Hicetes Syacusanus genere, ex amicis Dionis factus, mox illi generi pessimus, Dionysio nuperime tyrannidē ingresso bellum inferebat: non eo consilio ut ciues in libertate vindicaret, sed uti electo Dionysio tyrannidem sibi compararet, sicuti postea cognitū est, simulatq[ue] Syracusan[us], qui apud ipsum commorabantur, Corinthum legationem mittere, & illinc auxilium aduersus Dionysium petere statuerunt. Interim haec aperte simul agebat, & quosdā in Peloponnesum legabat: secreto & occulto Carthaginenses

nenses accersebat, quo illorum opera (quibus totius Sicilię principatum proponebat) Dionysium expelleret, et ipse pro animi libidine dominaretur. Non enim incertū erat, quid Carthaginenses sperarent, si illi auxiliari debebant. Ut igitur legatio Corinthum profecta est, & Corinthijs subsidium decretum, idq; iam præparatum erat, eis ab Hice te eiusmodi redundunt literæ: Non oportere ipsos amplius de auxilio mittendo sollicitos esse, proprie rea quod ipse unā cum Carthaginensibus tyrannum deleuerit, quos ipsis nimiū cunctantibus ac cersiuerit; hortariq;, uti ab illis mare asseruātibus, neq; aliquam in Siciliā classem traiçere permittentibus caueant. Iam enim ē Carthagine Mago dux cum maxima nauium multitudine Hiceti auxilio aduenerat. Corinthij ob hæc magis ac magis indignati, ac ad maiorem irā prouocati, celeritati studere, et Timoleontē Timodemī filiū, ducem de lectum cū militibus mille super triremibus decem, statim subsidio mittere. Hic Timoleon multis ante annis fratrem seniorem Timophanem, qui se se ty rannum in urbe non dissimulanter declarauerat, interfecit. quem antea pro ciuitate contra Argiuos pugnante, & in extremo mortis periculo uer santem, conseruauerat: quum insigniter pro illo se se hostibus obtulisset, cumq; prostratū scuto protexisset, tunc uero cum ciuitatem tyrannico more gubernaret, multosq; ex primoribus ciues indem natos necaret, simulac eū adhortatus uti mutata animi cupiditate à re cœpta desisteret, ac admisso rum in ciues facinorum emendationem quereret, ut persuadere nequivuit, eū occidit. Subinde à ma tre execrationem perpessus, quæ ipsis aspectum nullo

nullo modo ferre poterat, quum eum quidam alij  
ex amicis tyranni conuicijs consecstantur, ut po-  
te fratris percussore, multa animi tristitia affectus,  
interea in solitudine uixit: & plures annos à repu-  
blica absuit, neq; ullam magistratus dignitatem in  
ciuitate tractauit. Tunc autem quarentibus pri-  
matibus virum classi præfuturum, ut quidam Ti-  
moleonta Timodemus nominauit, diuino quodā  
nutu viri mentionem fecisse uisus est omnibus: eo  
quod huiusmodi prouincia neminem alium apti-  
orem reperturi essent. Et quispiam equitate ac mo-  
destia præditus vir, ipsi imperatori iam designato  
inquit: Te illud ô Timoleon meminisse oportet,  
quod si præclare certabimus, tyrannum: si negli-  
genter, fratrem interfecisse uidebimur. Significa-  
uit utiq; gerendarum rerum splendorem & glori-  
am in optione ipsi positam esse. Et quædam eti-  
am eorum quæ immortalium deorsum uoluntate ap-  
paruerunt, aliaq; insuper ipsum aliquod egregi-  
um consecturnum esse innuebant. Et hoc potissimum,  
quod quum Timoleon in Delphum traie-  
cisset, & de exercitu ducendo rem diuinā fecisset,  
ac iam esset in egressu templi tænia quædam ex ijs  
quæ iamdiu Apollini dedicatae fuerant, in subli-  
mi pendens, defluxit, & in Timoleontis caput (ut  
à deo coronari uideretur) incidit. Adhuc etiam,  
quum triremibus euectus esset, quarū Corinthiæ  
leptem, Corcyrae duæ fuerant, & Leucadia una,  
in nauigatione ingens splendor in cœlo uisus est  
dexter, & eò quò naues intentæ fuerat, accutrisse.  
Quæ sanè res classem hanc præclarum aliquid esse  
consecturnam, maximam præbuit spem. Sed quæ  
ex Sicilia nunciabantur, Nicetem scilicet posside-

re Syracusanorum urbem, Dionysium in arce (quae Insula appellatur) fugatum, muro fossâ circundatum, ingentem Carthaginem classem Hiceti auxilio adesse, sollicitudinem tristitiamq; Timoleonti ac militibus afferebant: nec Siciliam hac de causa concidere potuerunt. Atqui Andromachus Tauromenij princeps, ea tempestate potentum omnium non minus æquitate quam mansuetudine præstantissimus, ad se illum accersebat: simulque optimam spem eorum perficiendorum, ad quæ permoti fuerant, pollicebatur: eo quod homines neq; Hicetem, neq; Dionysium benevolentia prosequerentur. Propterea libentes admodum Timoleonti assensuros affirmabat. Huius Andromachi Timæus historiarū scriptor filius erat. Sed Timoleon interim secundum Italiam nauigans, Rhegium proficiscitur: quod est Italæ oppidum, ad fretum, quod eam interfluit, atq; Siciliam possum. Ibi Carthaginem tremib; uiginti occurrit, in quibus Hiceti legatio cū eiusmodi mandatis erat, uti Timoleon solus Hiceti cōsiliarius futurus ad eum cōtenderet: milites uero, & triremes in Peloponnesum remitteret, tanquam ijs ad praesentes res minimè opus esset, neq; in his frustra impensas facere oporteret. Iis à legatione expositis, ni persuaderetur huiusmodi oratione Timoleon, Carthaginem naues eum hostis loco habituræ erant. Timoleon autem, decem nauibus suis aduersus uiginti Carthaginem tremib; quum prælio dimicare se imparem censeret, dolo periculum evitandum existimauit: conditiones itaq; sibi propositas non respuere simulauit. Verum & ipse, ut ex à Rhegiorum ciuitate sibi confirmarentur, ac eam

eam in rem fidem suam Regini interponerent, postulauit. Iis persuasi Hiceti legati, & Carthaginensium primates, Reginorum concionem ingrediuntur. Reginorum duces, qui Timoleontis rebus fauebant, ac in profugiendo eum adiuabant, super ijs concionari coeperunt: & quū prolixas quasdam orationes connecterent, alter in alterum dicendi materiam transferebat. Timoleon interim clanculum ē concione sese surripiens, profugit. Et in proprias naues delatus, Taurominium ad Andromachum proficiuntur. Andromachus quemadmodum uocabat, ita etiam libens ad modum eum suscepit: & in his quā ad Syracusorum & reliquā Siciliæ libertatem attinere uidebantur, ei summo adiumento fuit. Carthaginenses itaq; & referentes, se ita deceptos atq; delusos, in triremi ad Andromachum legatum mittunt, qui Timoleontem remittere lubeat. Is quum Taurominium uenisset, ac multa superbè minaciter dixerisset, tandem manum nunc supinam, nunc inuersam extendens, Timoleontem expellit imperabat, ni uelit pro tali urbem tamē inspicere. Andromachus nihil aliud respondit: sed manum, ut ille, nunc supinam nunc inuersam extendens, fuisse eum discedere, nisi pro taliu uellet nauem tamē intueri. Hicetes igitur de Timoleontis transiitu certior factus, alias Carthaginensium triremes accersere conuocare cōp. Ex ciuitatis uero atq; hominibus erant, qui licet tyrannos odio haberent, interim tamen nullam Timoleonti fidem adhibendam proponerent: recordati Calippi Atheniensis, & Pharmacis Lacedemonij perfidiam, quorū uterq; exercituum duces, quum pro Siciliæ libertate aduentire dicerent, sc̄e tamen indigenis ty-

c rannis

rannis longe peiores ostenderunt. Nihilominus hunc in modum habentibus rebus, Adranitae ciuitatem habentes amplissimam, mutuis seditionibus agitati, partim Timoleonta, partim Hicetem & Carthaginenses accercebant. & forte fortuna cotigit, ut ambo eodem temporis momento, uerente iam die, ad urbem aduolarent. Verum Timoleon non amplius mille ducentos milites, Hicetes uero millia quinq[ue] ducebat. Hic Timoleon, quod si non mediocrem diligentiam intelligebat, suos cohortatus, ut quamvis longi itineris labore defessi essent, celeritati studerent, ac se uiros fortes praestarent, neconsparem omnem in uirtute ponerent, nec rei bene gerendae facultatem dimitterent, hostesque in tentoribus tunc (ut consentaneum erat) perturbatos inuaderent, ad ipsos contendit, & arrepto cursu impetum facit. Quos cum in fugam conieceret, non plures trecentis interfecit, captiuosque fermè sexcentos comprehendit. reliquis turpiter fugatis, castris potitus, & exercitu numero, quadruplo suo firmiori profligato, præclarissimam uictoriā adipisciatur. Adranitae ingenti admiratione affecti, constim à seditione desistere, et concordes effecti, apertis portis urbe Timoleontem recipere, se sua' que eius potestate subiaceret. Et aliae quoque civitates hac percepta uictoria, legationes ad eum mittere, & se sededere. alijs se belli socios polliceri: in quibus Marcus Cataniae tyrannus, uir sanè magno argenti & auri pondere potentissimus, & rei militaris peritissimus, cum eo societatem inire. Ad hunc modum habentibus rebus, iam Dionysius spe destitutus, cum in eam se adductum necessitatē uideret, ut uel ab Hicete uincente, uel à Timoleonte, si superauerit,

Superauerit, obsidione capi cogeretur: optimū factu esse statuit, sese & arcem Timoleonti Corinthijsq̄ dedere, partim, quia Hicetē turpiter uictū contemptui habebat: partim etiam, quod Timoleonti Corinthijsq̄ maiorem omnino, quam Hiceti, ob corporis securitatē, fidem adhibebat. Missis itaq̄ ad Timoleontem legatis, tutō cum pecunijs discedendi facultate impetrata, arcem illi tradidit. Timoleon uero missis Euclide et Telemacho uiris Corinthijs cum quadringentis militibus, sed non una omnibus (non enim fieri poterat, propterea quod hostium exercitus omnia terra mari que ob-sidebant) at clam, paulatimq̄, arcem cum militibus qui in ea erant, armis reliquisque, quae præsidio usui sunt, in potestatem rededit. Dionysius autem in parua naui cum paucis ex amicis, non multisq̄ pecunijs nauigans, ad Timoleontem proficiuntur: tunc primum abiectus, priuatusq̄ conspectus. Etenim in tyrannide maxima atq̄ clarissima natus: decem annis post patris interitum, duodecim post Dionis redditum regnauit, in quibus bello, & innumerabilibus fere malis continenter vexatus, quum tyrannidis spem nunquam abieciisset, tunc primum omni spe projecta, uitam priuatam agere uisus est. Timoleon igitur ipsum in Corinthum transmittit, hic uero eo profectus, reliquā uitæ humiliter agens, interiit. Necq; uidebatur admodum laborare, aut egre ferre, pristini uictus cōmutationem. Et semel cuidam ludibrii gratia cum roganti, quid nam emolumēti ex Platonis sapientia perceperisset: Num, inquit, tibi à Platone parum adiumentū accepisse uidemur, quum tantam uitæ cōmutationem æquo animo feramus? Alijs præ-

rea concinne rogantibus, quid inter ipsum & Platonem dissensionis causæ extiterit, respondit, Tyrannidem plurimorum malorum maximam, nihil tale ut hoc habere, quod iij qui tyrannis amici uidentur, aperta nunquam apud illos oratione utuntur: nam ob eiusmodi homines se quoq; Platonis benevolentia expoliatum fuisse. Sed Plato Dionysium priuatum non uidit: nam paulo antea diem obierat, Dionysij etiam illud apud Philippum Macedonum regem non illepidum, sed sale & lepore plenum admodum fuit. quando enim Philippus in pugna apud Cheroniam commissa, Græcos superauit, simulatq; Corinthum Græcorum principatum affectans peruenit, quodam in loco Dionysium offendit: & cum in sermonem de poëmatiis Dionysij senioris incideret, ac ludibrijs gratia, quo tempore ipsius pater carminibus uacaret, interrogaret: Eo, inquit Dionysius, quo tu & ego unâ cœ reliquis, qui sese beatos opinantur, in cōpotationibus ebris etatibusq; uersamur. Sed ad Siciliæ actiones reuertamur. Corinthij simulatq; ad ipsoz Dionysius aduenerat, aliud auxilium decernunt. Timoleonti armatorū millia duo, equites ducentos mittunt, qui Thurios usq; delati, propter Carthaginem nauium multitudinem, que ad hoc mare obseruabāt, ne impediti transmittenent, Siciliam condescere non potuerunt. Sed ibi consilientes, occasionem expectabāt, si aliquo forte inopinato casu eò peruenire ualerent. Timoleon autem cum arcem pauca admodum frumenti copia munitam à Dionysio accepisset, ipse ex Catania paucis quibusdam nauibus, quo magis hostes cerebret, immittebat, & quamuis id non sine maxima difficultate

difficultate atq; discrimine (ob Carthaginensium naues) fieret, tamen immittebatur. Procedente tempore, Timoleonti Corinthijs cōp hæ tandem felicites obtigere. Corinthijs enim qui apud Thurios moras trahebant, dolore confessi, quod hoc in loco diutius commorarentur, pedibus Reginū proficisci statuerunt; unde ob freti angustias, in Siciliam facilius forsan transcendit facultas daretur. Relictis itaq; nauibus, quibus è patria transportati fuerant, pedestri itinere Reginum ire cōtendunt, qui paulo post in barbaros, transitum prohibere conantes, incidentes, prælio cōmissio victores fure, & eorum aliquos sub foedore dimisere. At princeps nauum Carthaginem, qui illorum transsum obseruabat, ipse quoq; ob diutinam custodiæ moram tadio ac mœrore confessus, clypeis ac quibusdam alijs armis atq; insignibus Graecorum more fabricatis, quum naues ornasset, Syracusas nauigauit. Ibi Græcos mare transeuntes superasse passim diuulgabat; arbitratus callidum quid exco gitasse, quod maximum Corinthijs, qui in Sicilia morabantur, mœrorem atq; animi tristitiam incuteret; licet breui admodum manserit. Nam quum falsi rumoris mendaciū continuo redargueretur, quam celertim euanuit. Interea Corinthijs, qui Reginum uenerant, multa iam securitate paruis quibusdam cymbis in Siciliam traiiebant. Et Timoleon confessim Messanā, urbem nobilissimam ad fretum Siculum sitam, in potestatem rededit. Hæc itaq; sic se habuerunt. Hicetes uero Timoleon ante insidias struxerat: sed uoto frustratus est. Insidiae autē huiusmodi fuere. Duos quosdam aduenas cū præparasset, ad Timoleontem eo con-

filio misit, uti dolo uirum interficerent: qui Adranum (ubi tunc morabatur Timoleon) ad inuadendum profecti, ipsum diuinis intentum, inter sacrificandum adoriti statuerunt, & quum iam sacrificium instaret, ac inter eos qui ad aras adstabant ad misti, opus confessim aggredi inuicem iuberent, quidam ipsorum alterū in capite gladio ferit, et hic quidem cōfactus iacebat. quo cadēte, qui uulnus inflixerat, statim arrepta fuga percurrentis in excelsum quandam petram, ita ut erat cum gladio prossilit. Alter quum patrandi facinoris socius cecidisset, ē uestigio temporis ad aram accurrens, illinc si sibi fiat potestas, ac uenia cōcedatur, rem omnem sese aperitum profitetur. Quia impetrata, mortui factum aperit, docetq; ut ab Hicete missi, Timoleontem per insidias interfecturi uenerint. Alij interea, cum eum qui alterum confecerat traherent, nullam intulisse iniuriam exclamat; uerū meritò hominē interfecisse, utpote patris ultor, quem olim ille apud Leontinos necauerat. quā sane rem testimonio quorundam adstantiū comprobauit. Quamobrem omnes qui aderant, apta & cōgrua fortunæ inuenta magnopere admirabantur, quo modo alia pro alijs fabricet atq; componat: & illa quæ plurimum inuicem abesse uidentur, ad idem adducat. Corinthij autem decem minis hominem donauere, quod lucte patris iniuriam ulcisceretur, & Timoleontem ipsis in columem conseruauerit. Hicetes uero non solum uoto frustratus, sed maiores Timoleonti gloriam apud Sículos adhibens, propterea quod ab immortalibus diis amari uide retur, ad aliud sese opus accinxit, quo planè Graecorum res admodū iuuit, Iratus enim Mamerco

&amp;

& Catanijs, quoniam per ipsos ijs qui in atce morabantur, frumentis submittebatur: Magone persuaso, cum maiori copiarum parte Cataniam contendunt, uti ab ijs qui commeatu reliquisq; necessarijs Timoleontem Corinthiosq; iuuerant, penas sumant. Interim Neon, vir Corinthus, quem Timoleon susceptra arce illi præfecerat, cum in milites in civitate custodiæ causa ab Hiceto relictos, repente eruptione facta, impetum fecisset, eos superauit: & cum eam partem, quam Achradinam uocat, occupasset, quia cæteris urbis partibus melior atq; munitior videbatur, ac proprio erat murro circumsepta, minimè hunc locum reliquit. Mago atq; Hicetes his de rebus certiores facti, quam celestrem Syracusas reuertitur: quin necq; ad Cataniam operâ suam pro animi cupiditate nauassent, & Syracusarum munitiorem partem amississent, quam amplius recuperare nequierunt. Iam enim Corinthij, qui Thurios delati fuerant, in Siciliam traiecerant: quibus susceptis, Timoleon Syracusas proficiscitur. Et licet non plura quam tria milium millia contra Hiceti multo plures duceret, ipsius uirtuti fortunæq; confisus, prope urbem castrametatur. Hoc in loco dum utriusq; exercitus mercenarijs ocium dabatur, Graeci Græcis admisi, anguillarum prædae maximè operâ nauabant: quartus, in paludibus ac locis limosis circa urbem, ingens multitudo reperitur. Hic quodā ex Timoleontis militibus aduersum Hiceti mercenarios dcente, Hicetem iniquè agere, qui cum Timoleonte non conueniat, à quo honorem & gloriam minimè uulgarem assequeretur, si huiusmodi barbaros dimitteret: sed perniciiosis hominibus, Cartaginensisibus

ginensibus istis, talem ac tantam urbem subiçere  
conatur: eiusmodi sermo diuulgatus, totā permea-  
bat ciuitatem. Mago de his certior factus, perce-  
ptac̄ Achradinæ à Neone expugnatione, arbitra-  
tus & ille proditione quadam fieri, & tunc ne res  
omnes proderentur suspicionem ingressus: cum si  
bijspli etiā timeret, propterea quod tenuis atq; infir-  
mi animi erat (et si tanta ex patria classe munieba-  
tur) nauigās totis uelis, Carthaginem cōfestim re-  
cta contendit, quō profectus, simulac quidam utl  
administrati exercitus rationem redderet, in iudi-  
cium eum adduxerunt, poenas præoccupans, sibi  
mortem consciuit. Carthaginenses nihil tamē  
seculis ita mortui corpus sudi infixerūt. Hicetes au-  
tem licet à Magone desertus esset, Syracusis man-  
sit: nam adhuc urbem retinebat, ubi uero inde T̄  
moleon omni promptitudine atq; alacritate mu-  
ros aggressus est, et Neon ex Achradina exiuit, sic  
iam urbem relinquens, in Leontinos recessit. T̄  
moleon hoc pacto ciuitatem accipiens, Syracusa-  
nis libertatem concessit: & arcem, reliquac̄ tyran-  
norū receptacula, quū sumptuosæ magnificientiæ  
minimē pepercisset, quo omnem in futurū tyran-  
nidis in ciuitate occupandæ suspicionem tolleret,  
funditus euertit. Mox urbē populo antea frequen-  
tem, ciuisbus uacuā conspicatus, quod aliij in ciuiti  
seditione perīssent, aliij in bello occubuissent, nō-  
nulli tyranos fugiſſent, Syracusanis persuadet, uti  
Corinthū legationē mittant, metropoliq; indigere  
affirment, precenturq; uti coloniæ quo incolæ ue-  
luti ab initio fiant curā habeant. Legatione profe-  
cta, Corinthij ad singulas Græciæ ciuitates, festos  
conuentus, sacras nundinas, insulasq; mittunt: &

per

per præconem denūcianit, Corinthios Syracusarum tyrannos deleuisse, ciuibus libertatem cōcessisse: nunc conuocare Syracusanorum exules, reliquum uitæ tempus patriam liberam habituros. Quum omnes igitur Corinthū conuenissent, nec idonea congregatorū multitudo uideretur, adhuc per præconem denūciare, quicunq; ex Corintho et reliqua Græcia Syracusas contendere uoluerit, eum æquali ac simili cæteris conditione urbem habiturum. Sic multitudine eximia ac memoratu digna coacta, Corinthijs eos qui cōuenerant, & cum ijs Cæphalum atq; Dionysium uiros Corinthios Syracusas mittere: qui ad leges ferendas, ac ad rem publicam constituendam Timoleonti auxilio futuri essent. Multis quoq; ex Italia aduentantibus, Timoleon omnibus urbem diuidebat, domos autem, ut publico Syracusanorum æratio pecuniarum opulentia procuraret, uendere coepit. Nam ciuitas & ad alia, & maximè ad bellum, quod iam expectabatur (propterea quod Carthaginenses cum maximis iterum copijs aduersus Syracusas, & reliquam Siciliam uenire nunciarentur) pecunijs indigere. Vendebantur etiam, populo decernente, delataq; unicuiq; accusatione, tyrannorum, & amicorum eorum statuæ incisæ. Gelonis autem antiqui statuam, quem admiratione dignum censebant, benevolentiaq; prosequabantur (propterea quod Carthaginenses Siciliæ totius libertatē tunc primum occupare conantes, apud Imeram fluuum fudisset, eumq; in reliquis quoq; minimè flagitiostum tyrannum accepissent) conseruauerunt: Ad hæc tyrannios ex reliqua Sicilia priusquam isthuc Carthaginenses aduolarent, abolendos de-

f creuit,

creuit. Statim igitur in Leontinos exercitum du-  
cens, Hicetem a Carthaginensibus deficientē fœ-  
dus inire, arcemq; demoliri, necnon apud Leonti-  
nos priuatē uiuere coēgit. Post uero contra Lepti-  
nem, qui Apolloniam, multaq; alia oppidula per  
tyrannidem occupauerat, cum exercitu cōtendit.  
Hic cū ui capi in summo periculo uersaretur, Ti-  
moleonti se fēcē dedidit, quem concessa uenia, in Co-  
rinthum Timoleon transmisit. Ipse postea ad rem  
publicam constituendam Syracusas reuertitur.  
Milites autem sub stipendio merentes, qui in ocio  
manere nolebant, cum Demarcho ac Demarato  
in Carthaginem prouinciam misit, unde ipsis  
deprædantibus, earum rerum quæ uictui necella-  
riæ sunt, copia non modò abundare, uerum pecu-  
nias à captiuis acceptas ad bellum parare. Interim  
Carthaginenses Lilybæum (quod Libyam uersus  
promontorii est) appulisse nunciantur: quorum  
exercitus summa circiter septuaginta milium mil-  
lia esse dicebatur, erant enim triremes ducentæ, &  
alia nauigia mille aduentasse ferebātur, in quib;u  
maxima frumenti ac reliqui commeatus copia, cae-  
teraq; quæ bello usui sunt comportabantur. Toti-  
us uero exercitus duces fuerant Asdrubal & A-  
milcar, qui ipsorum prouinciam depopulatum iri  
certiores facti, confestim in Corinthios impetu ac  
iracundia quadam feruntur. Hoc nuncio Syra-  
cusas allato, tantus subito timor copiarum magni-  
tudine Syracusanorum animos occupavit, ut Ti-  
moleonte contra hostes quam celerrimè contende-  
re statuente, propterea quod in illorum prouincia  
bellum gerere, neq; expectare uti reliqua subiuga-  
ta Sicilia Syracusas uenirent, satius videbatur: tan-  
dem

dem uix tria hominum millia , qui arma suscep-  
tint, ex multis millibus conuenerint. Ipsi autem, qua-  
tuor militum millia sub stipendio merentium repe-  
tiebantur . quorum mille inter eundum formida-  
tes secesserunt: uti omnes numero sex mille Timo-  
leonti relicti sint . Horum uero mille equites erant,  
quibus adhortationibus ac precibus confirmatis,  
ad Crimisum fluuium, quo hostes uenturos audi-  
uerat, mature cotendebat. cum id autem anni tem-  
pus instaret, quo, cedente uere, iam aestas appetit,  
nebulam adeo obscuram Crimisus exhalabat, ut  
neque ipse appareret, neque hostes intueri permitte-  
ret. Sed quidam tantum clamor ac strepitus, qui co-  
munitus ferebatur, eos adesse, Graecis de colle, ubi  
gradum sistentes quiescebant, audientibus cogni-  
tionem præbebat, ut uero nebula in sublime eleua-  
ta, summitates montium obtenebrauit, & plani-  
ciem expurgauit, hostes fluuium iam traiçentes  
conspicantur. Expectans igitur Timoleon, quo-  
ad tot pertransirent, quot oppugnare confidebat:  
mox ipsos aggressus, primos, qui Carthaginenses  
erant, concidit: reliquam multitudinem turpiter  
fugere coegerit, & quum parua manu ingentem ex-  
ercitum fudisset, præclarissimam  
uictoriā adipiscitur.

GEMISTI PLETHONIS DE GESTIS  
GRÆCORUM POST PRÆLIVUM AD MANTINE-  
AM, Eodem interprete,  
LIBER POSTERIOR.



Lympia de circiter sexta atq[ue] centesima, Alexander Pheræorum tyranus à propria uxore Thebe, unā cū eius fratribus Lycophrone & Tisiphono, interfactus est. Qui primo quidem tanquam tyrannicidae, non mediocrem apud Thessalos gratiam, à quibus mirum in modum probabantur, adepti sunt. Postea Alexandri satellitibus sibi cōciliatis atq[ue] constitutis, seipso ty rannos non dissimulauere: & multos qui eorū uoluntati aduersabantur, è medio sustulere. At iij qui Aleuadæ nuncupantur, maxima inter Thessalos propter nobilitatem dignitate præstantes, Philippum Macedonum regem cum adduxissent, debel latis tyrannis, pristinam ciuitatibus libertatem restituerunt. qua ex re Philippus Thessalos Græcorum primos, benevolentia sibi conciliavit. Post paulo Alexandri interitum, bellū in Græcia, quod Sacrum uocabatur, coortum est. Conflatum autem est. Phocensibus templū, quod Delphis erat, duce Philomelo (qui ab ipsis cum summa potestate imperator declaratus fuerat) occupatibus. Is uero qui milites partim Phocenses, partim mercenarios aduenas habebat, cum ad id contendisset, ac Delphorum multos sibi resistentes interfecisset, eo tandem potitus est. Quo factō, Locrorū iij qui finitimi erant, primū commoti, deinde Thebani (qui huius prælij longe præsides fuere) Phocensibus bellum

bellū inferebat. Thebanis Locrenses utriq; Dorīenses, Enianes, Athamanes, Dolopes, et Thessalōtī plurimi auxiliū ferebat. Phocenses, Lacedæmonij, & Achīiū qui sunt in Peloponneso, unā cum Atheniensibus adiuuabant. Itaq; Philomelus primis prælijs prosperè gestis, superauit. Postea Thebanis ardentius contra ipsum decertantibus, tanto superatus est detimento, uti quum ab hostibus in quodam prærupto loco circumfisteretur, neq; effugere ullo modo posset, ne uiuus in ipsorū manus perueniret, illinc sese præcipitauerit. Mox Onomarchus, qui secundū dignitatis locum in exercitu obtinebat, principatu suscepto, eos qui ex fuga reliqui fuerant collegit. Dum hæc gererentur, Philippus Macedonum rex Methone expugnata, atq; direpta, eam euerit. Pagasas etiam capiens, suæ ditioni subiecit. Phocenibus uero unā cum socijs bellū gerendi consilium incūtibus, templum dimitttere nequaquam usum est. itaq; Onomarchum summū imperatorem diligunt, & bellū suscipiunt. Atqui Philomelus sacrī pecunijs abstinuerat: uersū à Delphicis tantū petierat, quantum ad bellū gerendum usui esset. At Onomarchus, quum sacrī pecunijs uteretur, tantam mercenariorum multitudinem coēgit, uti numero exercitum qui Philomeli fuerat, longe superauerit. mox urbium ac gentiū præfectos muneribus corruptens, alios ut sibi adiumento essent, alios ut quietem agerent, cohortabatur. Thessalis igitur, qui ex omnibus Thebanorū socijs præstantiores erant, uti interim quiescerent persuasit. Phocenium etiam multos, qui sibi aduersabantur, interfecit, & eorum bona publicauit. Cum uero hostium  
f 3 regionem

regionem invasisset, ac Throniū Opuntiā Locridis urbem obsidione cepisset, eam in captiuitatem redigit. Amphisseis autē, alterius Locridis ciuitati, tantū terroris incussum, uti eam ad deditiōē compulerit. Cepit etiam Orchomenū, Bœotia, Chæroniam uero cum ob sideret, Thebanis urbi auxilium ferentibus, re infecta domum reuersus est. Iisdem ferè temporibus ab Argiūis contra Lacedæmonios bellum coortum est. & prælio apud urbem Orneas commisso, Lacedæmonij superiores fuerunt: & Orneis expugnatis, domum se receperunt. Chares autem Atheniensiū dux, eī classe Hellespontum petens, Sestum urbem occupauit: ibiēq; omnes puberes trucidauit, cæteros captiuos fecit. Cersobleptes uero Cotyis filius, ob inimiciatas, quas cum Philippo gerebat, Atheniensibus (quorum amicitiae plurimum indulgebat) urbes quæ sunt in Cherroneso, Cardia excepta, habendas tradidit: ad quas populus sortitò colonias misit. Ad hæc Lycophrone Pheræorum tyranno à Thessalīs ac Philippo debellato, simulac prælio uitius auxilium à Phocensibus accersisset, Phaylus Onomarchi frater cum militibus septem millibus missus, eò peruenit: cum quibus Philippus congressus, eos profligauit, ac de Thessalīa expulit. Post hoc Onomarchus omni copiarum conatu in tyrannī auxilium profectus, Philippo unā cum Thessalīs duobus prælijs superato, eum ex Thessalīa eiecit. Mox in Bœotiam cum exercitu cōtentus: et manu conserta Bœotijs deuictis, Coroniam urbem occupauit. Verum cum Philippus maiori apparatu quam̄ antea iterum in Thessalīa rediſset, & Thessalos in tyrannum concitasset, ac tyran-

nus denuo à Phocensibus auxiliū imploraret, Onomarchus rursus pedestri itinere, & Chares Atheniensium dux (iuxta foedus sociale) cum mariti mis copijs ad eum peruenit. At hic nulli Phocensibus usui fuit, Philippus enim unā cum Thessalī terrestri prælio commissio, quā Phocenses ad mare atq; Atticas naues fugiētes fudisset, multos concidit: & quos uiuos cepit, eos ceu sacrilegos in mare submergendos curauit, ducem Onomarchum in eruce suffixit. Quo iam ē medio sublato, Phaylus frater Phocensium principatum suscepit, qui calamitatem colligens, mercenariorum multitudo nem coēgit: quibus cū solita stipendia adauxisset, subsidiū à socijs postulabat. Olympias autem septima et centesima trāfacta est, et Lycophron Pherorum tyranus, post Onomarchi interitū à socijs destitutus, urbem Philippo dedidit, ipse sub foedere dimisus, cum mercenarijs millibus duobus ad Phaylū profectus, Phocensibus supprias ferebat, quibus etiam milites mille à Lacedaemonijs missi, ab Achaeis millia duo, ab Athenis equites quadringenti, & peditū millia quinq; quibus Nausicles præerat, auxilio uenerit. Itaq; Phaylus primo quidem infeliciter bellum gerebat, positis enim apud Orchomenum castris, iterū iuxta Cephisum fluum, tertio prope Coroniam prælio à Boeotijs superatus est. Philippus uero rebus in Thessalia constitutis, bellum & ipse Phocensibus illatus (parum enim detrimenti à Boeotijs accepserant) ad Pylas mature contendebat. postea ab Atheniensibus, transitū ei intercipientibus, ne Pylas ingrederetur prohibitus, in Macedoniā receperit. At Phaylus ad Locros Epicnemidios (qui pars

Locridis

ANNO 330

Locridis Opuntiae sunt) cum copijs profectus, alias ipsorum urbes ui occupauit: sed Aryciam noctu per proditionem capiens, ducentis ex suis amissis, ex ea rursus electus est. Quem paulo post prope Abas castra ponentem, Bœotij noctu adorti, multos eius milites interfecerunt. & re bene gesta sublati, quum Phocensium prouinciam inuassissent, ingenti præda potiti sunt. In reditu uero ijs Arycæorum urbi obcessæ subsidium ferre contentibus, Phaylus ex improviso apparuit, eos in fugam cōiecit, urbem cepit, diripuit, ac solo æquauit. Ad hæc in tabidam egritudinem longissimam incidens, decessit: relicto prius Phalæco Onomarchi, in puerili ætate adhuc constituto, in exercitu imperatorijs muneric successore, cui Mnaseam unum ex proprijs familiaribus consiliorum ministrum constituit, quē paulo post Bœotij noctu adorti, ducentis eius militibus trucidatis, interfecerunt. Mox equestri prælio ad Chæroniam commisso, Phalæcus superatus, equites multos ex suis amisit. Iisdem ferè temporibus in Peloponneso perturbationes ac maximi motus extiterunt. Lace dæmonij enim cum Megalopolitanis contendentes, duce Archidamo rege, in ipsorum prouinciam incursionem fecerunt. Megalopolitanî, quod ad tantam belli uim sustinendā per se impares erant, auxiliū à socijs implorarunt. Argui itaq; ac Sicyonij, una cum Messenijs, cum maiori copiari par te ijs quam celertimè auxilium tulerunt. Thebani peditum millia quatuor, & equites quingentos, quibus Cephisionem præfecerunt, subsidio misserunt. Megalopolitanî igitur, una cum socijs iuxta fontem Alphei fluminis, idoneum castris locum ceperunt.

ceperunt. Lacedæmonij peditum millia tria à Phocensibus, & equites centum quinquaginta à Lyco phrone ex Pherorum tyrannide electo suscipientes, prope Mantinæam castra posuerunt, mox Orneas Argiuorum cōtendentes, priusquam hostes ad ciuitatē sociam defendendā uenirent, eam ob-sidione ceperunt. Argiuis deinde aduenientibus, commissio prælio uictoriam adepti sunt. Postea cū Thebani unā cum socijs apparuissent, ac duplo plures hostibus essent, utrīq; acriter pugnati sunt. & quum uictoriæ dubius fuisset euentus, Argui & illorum socij domum abierunt. Lacedæmonij Arcadiam inuadentes, urbe Helisunte uī capta atque direpta, Spartem reueterunt. Post aliquod uero tempus, Thebani unā cum socijs semel atq; iterum, tertioq; Lacedæmonij congressi, parvas quasdam uictorias sunt consecuti. Postremò Lacedæmonij eos magnis uiribus adorti, uictores fuere. Tunc utrīq; ad proprias urbes redierūt. Thebani quoq; quum Lacedæmonij cum Megalopo litanis inducias fecissent, in Boeotiam reuerti sunt. Qui bello contra Phocenses maximè laborantes, ac pecunijs indigentes, ad Persarum regem miserunt rogatū, uti ad bellum gerendū sibi pecunias suppeditaret, qui argēti talenta c c c ipsis largitus est. Nihil tamen egregium ac memoria dignum à Thebanis in Phocenses, neque à Phocensibus in Thebanos est gestum. Verum alijs de causis bellum protrahebatur. Persarum autem rex ijsdem temporibus in Aegyptum cum exercitu cōtendit, ad quam expeditionem quum proficisceretur, in itinere Sidonem Phœniciae ciuitatem longe nobilissimam atq; potentissimā cepit: quæ ea parte qua

ad orientem uergit, non pluribus ducentis stadijs à Tyro distat, & cum ea (cuius est æmula) in omnibus quæ ad artificium peritiamq; attinent operibus certat. hæc enim quæ paulo ante descivierat, Aegyptijs iamdiu deficientibus adiicitur: & cum hac complures alię Phœnicum ciuitates. Cepit autem Persarū rex Sidonem, Mentore Rhodio prodente, nam hic, qui sub Nectanabide Aegyptiorum rege merebat, ad Tennim Sidoniorū regem adiuuandum, cum mercenariorum Græcorū milibus quatuor missus est, qui dextram à Persarum rege per seruorum ipsius fidissimum suscipiens, Tenni persuaso, urbem communi consensu prodiderunt. & Persarum rex Tennim in ea comprehendens, ueluti & reliquos Sidonios interfecit: Mentorem uero, propterea quod dextrā dedisset, (maxima hæc enim est apud Persas fides) conseruauit: qui postea in Aegypti negotijs conficiendis illi maximo usui fuit. Hoc pacto Sidone capta, ac supplicio acerbe crudeliter' que affecta, rursum in Persarum ditionem atq; imperium uenerunt, ad quorum regem auxilium iam à Græcis perueniat. Ochus enim quum in Aegyptum cum exercitu proficeretur, à Græcis auxilium contra Aegyptios per legatos postulabat. Lacedæmonij & Athenienses sese pacem erga ipsum seruare dixerunt. Suppetias autem nequaquam missuros affirmauerunt. Thebani uero Locratem ducem deligentes, cum armatis mille, & Argiui militū millia tria, ac imperatorem, quē Rex nominatim euocauerat, Nicostratum miserunt, qui sanè uir in consiliis dandis non minus antecellebat, quam in agendo promptitudinem alacritatemq; habebat; ac coporis

poris robore adeò præstabat, uti his de causis nimio tumore plenus, ad Herculis imitationem leonis pellem & clauam in prælijs gestaret. A Græcis etiam, qui Asiam incolunt, hominū millia sex ad eum uenerunt, Itaq; Persarum rex cum his ac reliquis eius copijs, Pelusium Aegypti (quod est primum Nili ostiū ab Asia proficiscenti, atq; in ipso est ciuitas) peruenit. Nectanabis autē Aegyptiorum rex, hanc maxime urbem, ac reliquas omnes, & eas potissimum quæ ad latus Arabiam uersus spectant, uallo fossacq; muniuerat: ac custodiæ causa complures Aegyptios milites, qui bellicosí uidabantur, unā cum mercenarijs Græcis atq; Afris adhibuerat. ipse uero quum circum se Aegyptiorum millia triginta, Græcorum quinque, Afros mille quingentos haberet, unde opportune impletus fieri posset obseruabat. Vbi autem de prælio à Nicostrato Argiuorum duce cum Clinia Coo (uno ex ijs qui sub eius stipendio merebant) apud Pelusium habitō, certior factus est, didicitq; Cliniam, & cum ipso multos ex suis cecidisse, ueritus ne Pelusio expugnata Ochus rex Memphis con tenderet, illò cum ijs quas secum habebat copijs, summa celeritate properandum existimauit: eo ad ductus consilio, uti hanc potissimum urbem, quæ totius Aegypti regia habebatur, incolumem conseruaret. Hac de causa milites qui Pelusiū custodiebant primi, postea etiā ij qui reliquas Aegypti ciuitates ruebloāt, certiores facti Nectanabim Memphis profectum, Persis urbes prodiderunt. Accessit præterea aliud incommodum, quod Mentor huiusmodi sermonem uulgauerat, Magnum Regem illos qui ultro urbes dedidissent, humanis-

simè tractare: quos uero ui cepisset, eodem supplicio, quo Sidonios, afficere statuisse, propterea ciuitates ab Aegyptijs Græciscè custoditæ, quum alter alterum æmulatione quadam præuenire co-naretur, uti ijs auctoribus deditio fieret, in Persarum ditionem uenerunt. Quibus rebus cognitis, Nectanabis Memphi quoq; derelicta, compa-ratisq; è uestigio pecunijs, quas secum ferre pote-rat, in Aethiopiam mature concessit. At rex O-chus quum terra mariq; copias coëgisset, in Aegy-ptum exercitum duxit. & Memphis profectus, nullo negocio totam Aegyptum subiugavit. Et quoniam in Pelusij obsidione pauci quidam ex eius militibus desiderati fuerant, reliquam Aegyptum sine sanguine in potestatem redegit. Amisit etiam exercitus particulam quandam, in ijs locis quæ Voragines nūcupantur, quæ sunt in Aegypti ingres-su ab Asia uenienti, iuxta quoddam ingens stagnū, multos latens, propterea quod arena tegitur, quæ finitimæ prouinciae harenæ est admodum similis: in quas quicq; deciderint, submersi absumuntur. Hic itaq; cum exercitus pars quedam dum iter fa-ceret, propter locorum inscitiam cecidisset, depe-rijt. Ochus uero urbibus Aegypti deuictis, insigni-orum mœnia diruit. deinde expoliatis phanis, A-py demolito, amicis conuiuio suscepitis, et Pheren date totius Aegypti prefecto relicto, ad propriam regiam reuersus est. Abstulit etiam uetusissimo-rum templorū tabulas, quas postea Bagoas (qui maxima apud regem autoritate præstabat) multis redemptas pecunijs Aegyptiorum sacerdotibus restituit. Ochus quoq; Græcos muneribus am-plissimis atq; honorificentissimis prosecutus, ut in patrias.

patrias redirent, ab se dimisit, & Aegypti res sic se habuerunt. In Græcia uero Philippus Macedonū rex, quum ad Chalcidica oppida cū exercitu contendisset, eorum aliqua obsidione capta euerit: nonnulla timore perculta, in potestatem redegit. Deinde in Thessaliam profectus, Pytholaum, qui Phœtorū tyrannidem occupauerat, expulit. Rur sus in Chalcidem conuersus, Olynthum regionis illius ciuitatem longe potentissimam atq; firmissimam inuasit. Olympias autē erat centesima octaua, quando Philippus huiusmodi opus aggressus est. Qui primō duobus prælijs prosperè gestis, Olynthios deuictos obsidione interclusit. Subinde dum crebro urbis expugnationem tentaret, multos ex suis amisit. Tandem Euthycrate & Lasthenæ Olynthiorum præfctis, ingenii pecunia corruptis, ipsis auctoribus urbem proditā cepit. qua cpta atq; direpta, sectionē eius uniuersam uēdidit. Et haec quidē de Olyntho. Bœotij uero in Phocidem cū copijs cōtendentes, ad Hyampolim Phocensibus congressi, uictores fuere. deinceps prope Coroniam commissio prælio, Bœotij superati, multos amiserunt, tertio exercitum Bœotij contra ciuitates, quę Phocensium ditioni subiectæ erant, ducentes, ab ipsis eos inuadētibus profligati sunt. Ad haec Phalaecus Phocensium duxor, furti insulmatus, propterea quod multas è sacrīs pecunijs sibi uendicasse diceretur, interim ex imperatoria dignitate quam gerebat excidit, cuius loco tribus delectis ducibus, Dinocrate, Callia, & Sophane, sacrarum pecuniarū quæstio est habita, qui quum ab ijs quī eas administrauerant, rationem reposcerent, uti reddere nequiuierunt, eos maximo cru-

ciatu affectos, restitutisq; quæ ex furto supererant morte multarunt. Phalæcus autem simulac non redargutus est, pecuniarum aliquid propriæ utilitatis causa furto surripuisse, uerum omnia in exercitu absumpisse, rursus imperator est constitutus. Phocenses uero, qui tres in Bœotia munitissimas urbes, Orchomenum, Coroniam, & Arrias occupabant, cum ab ijs in reliquam Bœotiæ impetum facerent, ac incursionibus uastarent, in dimicacionibusq; mercenariorum multitudine longe antecedenter, Thebani multorum militum internitione, necnon pecuniarum inopia laborantes, legatos ad Philippum qui auxiliū peterent miserunt. qui ipsorum depressione gauisus, & quod ex uictoriæ Leuctricæ (in qua magnos nimis spiritus sumpserant) tumore excidissent, se libentissime atq; promptissimè auxilium missurū recepit: propterea quod maximā quoq; se ex hac re gloriam consecuturum arbitrabatur, si ipso auctore tantus bellī impetus sedaretur, atq; ab armis esset discessum. Itaq; expeditione in Thraciam facta, cū Cersolepte Atheniensium amico bellum gerens, ibi moratus quoad regionis illius urbes idoneas euertisset, in Macedoniam reuersus est. Vbi cum in Atheniensium legatos incidisset, qui secundò ut de concilianda pace agerent, missi fuerant (nam antea quoq; ob eandem, legationem fecerant) pace ex uoto consecuta, Phocensibus extra foedera relictis, in ipsos bellum parabat. Coactis itaq; copijs in Thessaliā profectus, Thessalis sibi adscitis, qui huius belli gerendi cupidissimi erant, intra Pylas uersabatur. Phalæcus, qui Nicæ cū exercitu moram trahebat, certior factus Philippū citius ac opinabatur

pinabatur intra Pylas peruenisse, percusus nō minus copiarum multitudine, quām quod tanta celeritate affuisset, factis inducijs, cū mercenariorum milibus octo in Peloponnesum recessit. Phocenses à militibus, qui sub stipendio merebant destituti, se Philippo dediderunt, qui sine dimicazione bellum, quod in decimum annum protractū fuerat, confecit. Vbi autem & Lacedæmoniorum armati mille, qui rege Archidamo duce Phocensibus auxilium allaturi aduentabant, in itinere hæc cognoverunt, domum se receperūt. Delphorum igitur confessoribus uisum est, Philippum eiusque posteros in collegium Amphictyonum cooptari: eique ius duorum suffragiorum (quæ debellati Phocenses antea habuissent) concedere. Phocenses uero neque sacri templi, neque Amphictyonici concilij aliquo modo participes esse: & ipsis trium urbiū, quæ maioris momenti uiderentur, moenia solo æquare, eosque uicatim habitare cogere: et qui regiū possiderent, eos in annos singulos uectigalis talenta sexaginta deo pendere: neque ipsis licere e<sup>m</sup> quos alere, aut arma habere, donec surreptas pecunias deo persoluerent, quæ quām plurimæ in mercenariorum stipendijs absumptæ comperiebantur, in quibus etiam erant Crœsi Lydi lateres aurei centum uiginti. Amphictyones quoque ea quæ ad oraculi ac templi curam attinebant, ut ipsis uisum est usuuire, constituerunt: Philippo, Thessalîs, & Boeotij Pythij certaminis celebrandij ius permisere. Ad haec rex Philippus, confirmatis atque constitutis quæ Amphictyones decreuerant, quum maximam & pietatis & prudentiae militaris gloriam assecutus esset, in Macedoniâ reuersus est. Pha

læcus

Iacus autem primò cum per Peloponnesum uaga-  
retur, ac pecunijs (quas ex raptis suscepserat) mil-  
ites contineret posteaq; in Cretam trafecisset, Ly-  
ctum urbem cepit. Lyctijs è patria eieciis, quū La-  
cedæmonijs quām celerrimè auxilium ferrent, eam  
recuperauerunt, nam Lacedæmonijs Tarentinis,  
qui à se originem trahebant, contra Lucanos bel-  
lum gerentibus auxilium ut mitterent præparaue-  
rant, lis sic habentibus, Lyctijs eò profecti, uti ipsis  
prioribus subsidium afferant, precantur. Itaq; Ar-  
chidamas rex, qui præsidio Tarētinis decreto pre-  
erat, in Cretam nauigans, eiecio Phalæco urbem,  
Lyctijs restituít. inde Tarentum profectus, cū pro  
Tarentinis contra Lucanos bellum gereret, quo-  
dam in prælio egregiè pugnans perijt, cuius regi-  
am Agis filius suscepit. Phalæcus uero Lycto de-  
pulsus, Cydoniam inuasit, quam dum obsideret,  
ut quidam aiunt, fulmine iectus est: ut aliij ferunt, à  
quodam ex eius mercenarijs (quem nescio qua in  
re offenderat) est interemptus. Eius mercenarij, al-  
iij qua quenque impetus tulit, dispersi: aliij alijs in  
prælijs pro maiori parte sunt desiderati. ferunt eti-  
am uxores duas quorundam Phocensium prin-  
cipi, quæ duobus monilibus (uno ab Eriphile, alte-  
ro ab Helena Apollini Pythio dedicatis) se exor-  
nauerant, hanc quæ Helenes monile gestare ausa  
fuerat, corpore prostituto in cōtumeliam incidisse:  
alteram, quæ Eriphiles sumpserat, domo incen-  
sa à filio furore percito, & ipsam unā cū domo ui-  
uam cōcrematam fuisse. Sed de ijs haec tenus. Phi-  
lippus ex Phocide in Macedoniā profectus, cum  
illuc breui tempore exercitū à laboribus resiceret,  
secundo in Thraciam concessit: uti pro ciuitati-  
bus

bus Græcorum, quæ in Cherroneso sunt, Cerso-blepti bellum inferret, quas ille perturbare non de-sistebat. Thracibus pluribus prælijs superatis, eis ut decumas sibi penderent, imperauit. & in locis quæ magis opportuna uisa sunt, urbes egregiè mu-nitas, quæ ad reprimendam ipsorum audaciam pro-pugnacula essent, construxit: Græcosq; regionis illius, libentes admodū in societatem adduxit. pro ptēra quod se auctore, ne à Thracibus amplius offendarentur, ipsis accesserat. Ad hæc Arymba Molosso-rū rege dececedente, quum reliquisset filium Pyrrhi patrē Aeacidem, non hic, sed Alexander Neoptolemi Olympiadis frater, Philippo ope ram dante regno successit. Qui primum cum maxi-mis copijs contra Illyrios contendit. quorum re-gione uastata, & quamplurimis eorum oppidis ex-pugnat, in Macedoniam cum ingenti præda re-uersus est. Olympias autem erat nona & centesima, quā Philippus contra Illyrios expeditionem sumpsit. Postea in Thessaliam profectus, rebus illie constitutis, Thessalos cum finitimis Græcis, si bi firmiores socios adscivit. Et cum Græcos, qui in Hellesponto erant, tertio sibi conciliare uellet, sem-per q; uiires augeret, ac Athenienses eius incremen-to insidiari conspicaretur, contrà ipse dolos & insi-dias illis subtendebat. Eubœa igitur sibi uendica-ta, quo aduersus Atticam præsidium haberet, in Oreo Philistidem tyrannū, in Eretria Clitarchum con-situuit, ac uti nauibus suis (iam enim & ma-ritimas res attigerat) in Atticam nauigatio esset, fretum iuxta Chalcidem effodit, quod antea latius fuerat, uti in Eubœam facillimè nauigaretur. Ve-rum in Peloponnesiorum & Atheniensium bel-

lo, post Atheniensium in Sicilia calamitatem, Eubœi ab Atheniensibus deficientes, cū eos postea mari potētes, pristinas uires recuperasse conspicerent ab eis rogati, ut secum opus susciperent, fretum eo pacto obstruxerunt, uti triremi uix transitus relinquenteret: supra quem pontem effecerūt. Athenienses opus prohibere conati, non potuerunt, tūc enim Philippus multis missis calonibus, fretum rursus effodiendū curauit: quanquam incohatum opus perficere nequiverit. Nam Clitarachum Eretriae tyrannum à Philippo constitutum, Phocion Atheniensium ductor debellauit: uti Eubœae res Philippo nequaquam ex animi sententia processerint. Qui postea contra Perinthum Thraciæ ciuitatem, eo quod sibi infensa esset, ac Atheniensium partibus faueret, exercitum duxit. Cui obcessæ, quum omnia tormenta admouisset, uoto frustratus est, primū enim Perinthi fortissime resistebant, deinde quum defatigati à laboribus superarentur, egreçp partes tuerentur, ipsis laborantibus Byzantijs subueniebant, ac strenue admodū auxilium ferebant. Præterea satrapæ etiam iussu magni regis, ex Asia milites, arma, commeatusq; subministrabāt. Philippus nihil tamen secius in obsidione perseuerandum censebat. Cum autem nihil expediret, Byzantijs iratus, propterea quod à se obcessis auxilium ferrent, copias partitus, diuidium in Perinthi obsidionem reliquit. Ipse cum reliquis Byzantiū profectus, illam quoq; urbe oppugnare coepit. Cui maximum terrorem incuslit. propterea quod illorum optimates aberant, nam Perinthi commorabantur. Nihil tamen perfecit. Verū Atheniensibus multis naualib; copijs Byzantios

Zantios ac Perinthios adiuuantibus, itidem Rhodis, Cois, Chrys, ac quibusdam alijs Græcis his ciuitatibus subsidium mittentibus, Philippus desperata earum expugnatione, obsidionem dimisit, & cum Atheniensibus, ac reliquis Græcis inducias fecit. Olympias autem erat decima & centesima, quum Philippus Byzantiorum & Perinthiorum obsidionem missam fecit. Eodem anno Timoleon Corinthius, in Sicilia habita pugna, quā paucis militibus maximas copias fudisset, Carthaginenses superauit. Philippus uero in Macedoniam reuersus, totis animi viribus, quo pacto Græciae dux euaderet, excogitabat, id autem nulla alia ratione futurum comperiebat, nisi ut cuncti Athenienses sibi conciliaret, propterea quod nō esse videbantur, qui ad assequendū eiusmodi principatum ei maximē oblingerent. Id itaq; ad ea quae uellet optimē conficienda sibi præstare uisum est, si maximis terrestribus copijs Athenienses adortus, eos perterreret. Coacto igitur toto exercitu, quam certimē potuit, quum intra Pylas peruenisset, Elatiam occupauit: cuius expugnatio Athenienses primò cōsternatos, ualde perturbauit. Postea Demosthene eis considente, Thebanos à Philippi societate auertendos, & sibi ipsiis adsciscendos statuerunt. Quod planē effectū est, nam Demosthenes ad Thebanos demū profectus, legationis munus obiuit, nihilo tamen secius, Philippus cum prope Coroniam cū Atheniēsibus & Thebanis in idem conuenientibus, prælium commisisset, eos superauit, & confestim Thebanorū arcem præsidio munivit. Atheniēsibus uero legationem mittentibus, ac principatum concedentibus ignoruit. qui

Lysiclem ducem Lycurgo accusante, capite damnatum morti dederūt. Hic enim Lycurgus, quum ob eximiam uitæ uirtutem maxima inter eos qui rem publicam administrabant, dignitate præceleret, delinquentium erat accusator, acerbissimus in dicendo. Et sanè orationum dignitatem & acerbitas poterit aliquis ex illis, que in Lysiclis accusatione dixit, facillime cognoscere: Exercitus ducebas ô Lysicles, & duobus ciuitum milibus desideratis, tribus captiuis factis, trophyo in maximū ei uitatis dedecus erecto, ac deniq; uniuersa Græcia in seruitutis iugum redacta, cum hæc omnia te dice atq; imperatore contigerint, audes uiuere, & solis lumen intueris: atq; in forum in patrij pudoris et opprobrii memoriam prodire? Eodem autem die quo apud Chæroniam pugnatum est, euenit ut in Italia inter Tarentinos & Lucanos aliud prælrium committeretur, in quo Archidamus Lacedæmoniorum rex pro Tarentinis dimicans, est interfactus. Ad haec Philippus communis Græcorū concilio Corinthi conuocato, ab ipsis ad bellum contra Persas gerendum auxilium postulabat: uti impia eorum in res sacras facinora ulcisceretur, ac de iniunctate quam in phanis diripiendis exercuerant, poenas sumeret. Græcis uero ipsum Græciae imperatorem cum summa potestate diligentibus, quum unicuiq; ciuitati magnum militum numerum auxiliij subministrâdi causa imperasset, in Macedoniā peruenit. & iam Olympias undecima supra centesimam agebatur. Philippus autem ad expeditionē contra Persas omni studio maturandam, totus mente & animo ferebatur. Attalū itaque & Parmenionem, quibus copiarum partem dederat,

dederat, eo consilio in Asiam misit, ut loci illius Græcas urbes in libertatem vindicarent. ipse uero in Aegis Macedonie, Cleopatre ex Olympiade filia, quam Alexandro Molosorum regi desponsauerat, nuptias celebrabat: simulque ob Asiae expeditionem amplissima in deorum honorem sacrificia peragebat. Hic Alexander, qui regibus earum regionum omnibus in rebus, præsertim in re militari prestabat, cum in Italiam, ut Tarentinos adiuuaret, traieceret, ac illorum res optimè administraret, quodam in prælio fortissime pugnans (quemadmodum ante ipsum Archidamus) est interfectus. Is autem erat Olympiadis frater, & tunc neptem Cleopatræ uxorem duxit. Dum haec à Philippo geruntur, ac splendidissime ob copiarum in Asiam transitum, diis immolat, & magnificentissima certamina ac lautissima conuicia facere instituit (nam undecunque amicos plurimos, è Græcia præcipue, inuitauerat) ipsi quidam inopinatus finis evenit. Res autem sic se habuit. Erat quidam Pausanias genere Macedo, eius gentis quae Orestis nuncupatur, unus ex ijs quibus tuendiregij corporis officiis inunctum erat, ac Philippo ob formæ pulchritudinem admodum charus. Is cum alterum Pausaniam sibi cognominem à rege amari consiperet, inuidia adductus, eum Hermaphroditum appellans, conuicijs est insectatus. Hic Attalo, cuius erat amicissimus, contumeliam sibi illatae indicauit. Et paucis post diebus Philippo contra Pleuriam Illyriorum regem prælituineunte, Pausanias iste qui probris affectus fuerat, ante regem consistens, fortissime dimicans cecidit. Attalus dolore confectus, primo ob amici conuicium, deinde propter eius mor

temporas ab eo qui iniuriam intulerat, sumere decreuit, itaq; cum eum ad coniuratum inuitasset, ac multo mero onerasset, mulionibus qui per contumeliam corpus stuprarent tradidit. Hic postea ex ebrietate relipiscens, cognita iniuria, Attalum apud regem incusauit, qui quū Olympiadis, quam Philippus uxore duxerat, nepos esset, ac in rebus bellicis egregiae fortitudinis generosissimusq; haberetur (quam ob rem antea in Asiam missus fuerat) Rex in iustitia Pausaniam reddenda non solum de- erat, uerum longe alia ratione, cum eum honore, ac munerib; honestaret, consolari conabatur. Hic uero ihs nequaquam mitigabatur. sed Philippo, qui illatam sibi iniuriā ulcisci noluisset, nō minus iratus, quam illi a quo eam acceperat, naclus occasionem eum interfecit. Etenim Philippus corona- tus, quum alba in ueste pompam ageret, satelliti- busq; minimē stipatus esset, ac Pausanias eum si- ne corporis custodibus (nam lōgius subsequeban- tur) uideret, impetum faciens, gallicogladio quem occultatum habebat, eius lateri letale uulnus infli xit, & eum mortuum prostrauit. Hic dum Philip- pus iaceret, ad equum quem quodam in loco fu- ga preparauerat, accurrit, quem profectō cōscen- dere anticipasset, ni pede in uitē offenso cecidif- set. Et cū assurgeret, Attalus, Perdicas, & Leona- tus, qui insequebantur, irruentes, ac perfodientes, eum interfecerunt. Philippo itaq; talis uitae exitus fuit, & oraculum, quod ipsi sciscitantī ex Delphis ambigue uaticinatum fuerat, hoc fortasse innuere usdebatur:

Taurus adeſt. & finis adeſt, ferietq; minister.

Forte enim Philippum in festo ac deorū immola-  
tionibus

onibus coronatum, instar uicimae sacrificatum  
iri indicabat. Et aliud, quod prius ex Delphis Gr<sup>e</sup>  
cis responsum fuerat,

O utinam fierem lous ales in æthere, iuxta  
Thermodontis aquas, procul ut bella horrida ab alto  
Despicerem. victus flet: at hic qui uicit, obiuit.

Etenim Thermodontem, iuxta Chæroniam, flu-  
uium esse: Philippum autem prælium illud  
superantem, & postea paruo tempore  
uiuentem, mori signi-  
ficauit,

GEMISTI PLETHONIS LIB-  
RI SECUNDI FINIS.

DIONYSII HALICAR  
NASSEI PRAECEPTA DE  
Oratione Panegyrica,  
M. ANTONIO ANTIMACHO  
INTERPRETE.



Anegyris, solennis scilicet quin  
quennalium ludorum celebritas  
sive conuentus, est inuenit & do  
num deorum, ad requiem maio  
rum rerum quae ad uitam attinent,  
tradita (sicuti quodam in loco in  
quit Plato) cum dij humanum genus ad laborem  
natum miserati essent. Coacti autem fuerunt a sa  
pientissimis hominibus conuentus, & a ciuitati  
bus publice communi decreto, ad reficiendos re  
creandosq; animos, ac ad oblectationem atq; so  
latium spectantium constituti. Tributum uero ad  
hos mutuo celebrandos, est a diuitibus suppedi  
tandarum quidem pecuniarum sumptus, a princi  
pibus circa hoc ornatus ad magnificentiam appa  
tus, rerumq; ad id commodarum opulentia. Pane  
gyrim athletae corporu robore ornant plurimum:  
& Musarū ac Apollinis affectatores musica, quae  
in ipsis reperitur. At uirum, qui in literarum &  
eloquentiæ studijs uersatus fuerit, ac uniuersum  
uitæ tempus in eis consumpscerit, atq; contriuuerit,  
in ornanda panegyri ita se se gerere oportet, ac tan  
to inniti artificio, uti eius oratio a uulgari dicendi  
ratione abhorreat. Age igitur, ô Echecrates, ad  
hoc tanquam duces uiae nequaquam trite, nec a  
multis tentatæ facti, explicemus tibi ea quae olim  
a

à nostratis sapientia parentibus nobis tradita acce-  
 pimus; illi uero, et illorum etiam superiores, à Mer-  
 curio & à Musis habuisse dixerunt: non secus ac  
 Ascræus pastor ab eisdem in Helicone poësim est  
 cōsecutus. Age itaq; cum huiusmodi arte, oratio-  
 nes sequere. Deus etenim uniuersa, quæcunq; sit,  
 panegyrios aliquo modo præses, & eiusdem est no-  
 minis, ut Olympiorū, Olympius Iupiter: eiusau-  
 tem quod in Pythijs fit certaminis, Apollo. Prin-  
 cipium igitur huiusmodi orationis, quæcunq; fue-  
 rit, laus dei nobis sit, tanquam uultus seu persona  
 quædam splendida, in sermonis initio posita atq;  
 constituta. Laudandi autem exordium, ab ijs quæ  
 deo insunt, eijs attribuūtur, prout res copiam sup-  
 peditent, sumes. Siquidem Iupiter fuerit, adducen-  
 dum erit, deorum regem, rerumq; omnium opifi-  
 cem esse. Si uero Apollo, musices inuentorem ex-  
 titisse, & eundem esse cum sole: Solem autem om-  
 nium omnibus bonorum authorem. Præterea si  
 Hercules erit, Iouis esse filium: & ea quæ mortali-  
 um uitæ præbuit, connumerabis. Et locus fermè  
 complebitur ex ijs, quæ quilibet aut inuenerit, aut  
 hominibus tradiderit. Verum hæc breuibus nar-  
 rabis: ne præcedens oratio, sequenti maior euade-  
 re uideatur. Deinceps urbis laudes, in qua publi-  
 cus cōuentus celebratur, uel à situ, uel ab ipsius or-  
 tu, recensere oportebit, in quo sanè, quis deus aut  
 heros eius conditor extiterit, aut si aliquid habebis  
 quod de eo in medium possis afferre. si quid uides i-  
 cet ab eo urbi præclarū, uel bello, uel pace gestum  
 fuerit, commemorabis. Congruet etiam de magni-  
 tudine, si ampla uel parua sit, aliquid dícere: quod  
 pulchritudine excellit, quod licet parua, potentia

i tamēn

tamen cū amplissimis est adæquata. Deinde quæ cunque ad templorum, aut in his additamento- rum seu donariorum, publicorum priuatorumq; ædificiorum ornamentum attinent, nō erunt silen- tio prætereunda: quemadmodū Herodotus quo- dam in loco, quinq; & sex tabulatorū ædificia Ba- byloni esse dicit. Si fluuius sit magnus, si purus & nitidus, uel regionem incolètibus utilis. Si itidem aliqua fuerit fabula, quæ de ciuitate prædicetur. Hoc pacto multum suavitatis, plurimum leporis atq; dulcedinis habebit oratio. Ad hæc de ipso certamine dicendum erit, quod' nam habuerit ini- tiūm, quæ ipsius fuerit constitutio, uel quā ob cau- sam positum dedicatumq; sit. Si aliqua sit fabula, uel aliquid aliud priscum, horū nihil erit omitten- dum. Ad id uero quū ueneris, non erit locus sim- pliciter transeundus: sed cum alijs certaminibus oportebit hoc comparare, nam id tibi suppedita- bit dicendi copiam. Et hoc modo augebis oratio- nem, ut ab anni partibus cōparans. Siquidem ue- ris tempore agatur, explicandum erit, in tempera- tissimo respectu caloris & frigoris: Si in hyeme, in ualidissimo atq; fortissimo (ut quispiā dixerit) tem- pore celebrari: Si in æstate, ad exercitationem con- templationemq; spectatorum constitutum esse, & uoluntatis indicium atq; probationem existere, et deficientib. athletis spectatores decertare debere. poteris etiam autumnū à fructuū collectione, seu repositione, non parū laudare: & ab eo, quod iam homines à laboribus cessent atq; quiescant. Dein- de considerandū erit, quomodo sint disposita cer- tamina. Etenim si musicum & gymnicum sit, pla- ne perfectū esse, in eoq; nihil decelle, & sine aliquo defec- tū

defectu, corporum robore, uocum cōcentu, ac reliquis musicæ partibus temperatum existere. Si autem Gymnicum sit, musicam tanquam animum mollientem atq; effeminantem abdicasse, corporum uero robur sumptissime atq; retinuisse: & sollicitudinis & angoris modum ad fortitudinem (qua in bellis opus est) comparandam corfite plurimum. Coronam præterea, quæcunq; sit, ne silentio negligenter præterreas, non enim quum in hac re peragenda uersaberis, tibi laudes decretūt. Nam si quercum laudare contigerit, eam Ioui sacram dices, & primum atq; antiquissimum fuisse hominibus cibum, & nequaquam mutam aut elinguem: quippe quæ in Dodona sit aliquando locuta. Si autem oliua fuerit celebranda, Palladi dicatam, labrum medelam, ex hac planta antiquos erexitse dedicassecq; trophyæ, hanc arborem esse signū & notam uictoriae: Pallademq; cum superasset Neptunum, hac prima coronatam fuisse differes. & tandem certantibus esse familiarissimam: athletarum enim certamina per oleum conficiuntur. necnon orationi sociā existere, eiç multū suffragati, qua publici conuentus exornantur. Laurum quoq; pati ratione laudibus efferes: dum Apollini sacram, plantamq; uatibus dedicatam dices, in qua plane laudanda, si Daphnes fabulā attingere uolueris, non utiq; alienum, nec absurdum videbitur. Similiter etiā, si quid aliud affuerit, ut Cereris fructus: uel si fide non careas, circa unumquodq; istorum te poteris diffundere. Nec illud erit extra magnificientiam & gloriam, si certaminis coronam cum reliquorum certaminum coronis comparandam duxeris. Regis uero laus, à te ueluti totius oratio-

nis fastigium, inducatur, apponaturq; & quod uere omnium certaminum præses, qui pacem tuetur, propter quam certamina perfici queunt. Nonnulli etiam illos qui ludos disponunt, laudibus prosecuti sunt. Si quidem hi gloria insignes sint, quod alii antè in rebus utiles fuerint, at in his splendidissimi atque ornatissimi reperti sint. Si uero nulla habeas antiquiora, quæ in medium possis afferre, explicandū erit principiū gloriae, quæ ad patriam pertinet, esse maximum, & Graecorum generi maximè innatum. Reliqua elocutio sit, ut unius cuiusq; natura & uoluntas postulat. Verum si in dicendo præstare oportet, atq; antececellere (ut quod sentio dicam ingenuè) nūquam author fuerim, ut ei usmodi elocutio sit unius tantum modi, sed uaria simul & mixta: & alia sint similitate procedentia, alia oppositis et adæquationibus Isocratis respōdentia, alia autem diuīsis atque distinctis expressa. Scio enim nostratis chori ducem & presultorem hanc uiam uel in pluribus, ut ita dicam, sectatum fuisse: nisi quidpiam in aliquo præcipuo genere scriberē proposuisset. Cuiusq; autem formæ dicendi, materia uidetur facultatem præbere. Verum hjs quæ excogitaueris, oportet etiam consequentem & congruām elocutionem inducere: quemadmodum narrationes, & aliquid fabulae habentia, simplici, et non fucata oratione opus est explicare. Quæcunque autem de regib; uel de dijs optimis maximis literarū modi nimentis mandare uolueris, ea cum uenustate, sententiatarum gratitate, et maiestate uerborū dicens da erunt. Quæ uero ad collationes, siue similitudines, necnon ad comparationes pertinent, urbano scrmone

sermone complectēris: nisi quispiam ad hoc, dignum aliquid orationis genus in omnibus præbuerit. Illud tamen quod prædictum est, habet plus ostentationis, & maiorem affert populo delectationem atq; uoluptatem.

## DIONYSII HALICARNASSEI

## P R A E C E P T A D E O R A T I O-

## ne Nuptiali, Eodem

Interprete.

**N**ihil profecto iucundum admodū fuisse, tuis non solum adesse, sed interesse nuptijs, mi charissimū caput: quo tecum simul chorū ducerem, tecum baccharer, & paulo post conficiendū matrimonium iterum atq; iterum laudib; extollerem, Hymenaeū meū (quem in nuptijs dīci par est) canerem. Verum cum uinculū hoc, quod ad literarū studia, ad præsentemq; eruditionem attinet, nos inuicem separeret (absit enim, ut mente, affectu, & cogitationib; que ad animorum coniunctionem spectant, unquam seū gamur) siccirco habeas hoc a me tanquam aliquod munus, ad usum atq; ornamentum nuptiarū, ut nec expers, nec ignarus sis eotū, quæ de his dīci consuevere: seut id apud teipsum seruare, siue alicui tanquam symbolū ad promeren- dam gratiam conferre uolueris. Forte igitur & tu iam à iuuentutis initio huiusmodi orationem profluiſisti, dum primā apud me rhetoriconum uiam ingressus, tum ceteris conscribendis componendisq; rhetoricitis exercitationibus operam nau- res; tum etiam ea quæ quæſtiones uocantur, & ex

his ea quæ ad orationem de nuptijs pertinent, & cohortationem ad eiusmodi res studiose admodum persequereris, in illis enim quæ præcipua sunt, hæc etiam in primis materiam iuuenes ad scribendum diligunt, An sit uxor ducenda, Oratio autem quam nunc in manibus habemus, in eiusmodi locutionum genere uersatur. Nec ab ipsis quibus in quaestionebus deorum uti consueuimus, dissentire uidetur: quod hic scilicet inuenere ostendere est hominibus nuptias. Iupiter enim & Juno, primi coiungentes & copulantes. Proinde hic quidem omnium pater uocatur: illa uero Iuga nūcupatur, quod mari fœminam coiungat: & ab ipsis diis reliquorum deorum, qui in nuptijs celebrantur, nuptiales natalesque appellatur, cœtus in mortaliuitate prodijt. Et nuptiae sunt in causa, ut dij isti ita nominentur, colantur, maximoque in honore habeantur. Nam absque nuptijs, neque horum deorum cultus celebrationesque ad homines peruenissent. Deinceps orationem de natura oportet inducere: quod hoc ipsius est opus, generare scilicet, concipere, et partum ferre. idque per omnia ipsius opera, & animalia, & plantas transire. Adducemus postea differentiam, quæ est in hominum coitu atque societate: quod alia sanè imprudenter & temerè miscentur, homo autem ordinem quandam matrimonij, & institutum inuenit. non ut gregatim ferarum more coire concedat, sed qui duorum maxime commodorum coniunctionem societatemque per uniuersam uitam excogitauerit. In qua plane re cōmemoranda attinges, à fera agrestisque ac erratica uita discessisse, & ad humānum, mansuetum, ordinatumque uictum per matrimonium deductos fuisse. & hominum

minum genus cum mortale sit, ex matrimonij con-  
unctione atque societate, propter continuationis  
seriem immortale effectum fuisse. nam suscep-  
tione posterorum, ueluti lumen accenditur: quod et  
posteritati per generationē hominis permanet, ac  
nunquam extinguitur. Et hoc utiq̄ symbolum o-  
ptimum, non pecuniarum, aut possessionum, sed  
ipsius naturae & generis, nō iniuria quispam dixe-  
rit. Scrutaberis & quæres præterea post hæc, quot  
bona eis contingent, qui uxores ducunt. primum  
quidem ad gloriae existimationem, nam temperan-  
tiæ fructum, quæ nimirū optima uirtutis est pars,  
statim ab ipsis nuptijs assequi incipiunt. Matrimo-  
nium enim, continuo temperantes homines red-  
dit, quoniam ij qui ad id sese contulere, ab illegiti-  
mo inordinatoꝝ coitu liberati, ad solā propriam  
uxorem respicere uidentur. Ex hoc namq̄ homi-  
nes honoratores euadunt, fideliores, beneuolen-  
tioresq; omnibus in rebus erga patrias censemur;  
eo quod suos ipsorum liberos, tanquā obſides pa-  
trijs dederint, propter quos in primis necessarium  
est, ut in consilium adhibeantur, recipiaturq;. Ad  
dolores etiam & difficultia, quæ sunt in uita, nuptiæ  
sunt utilissimæ: quippe quæ hæc tanquam onera  
reddant leuiora, cum molestiarum omnium uxo-  
res faciamus participes: & ex societate & commu-  
nicatione non minimā capiamus consolationem.  
Hinc ea quæ suavia & fucunda sunt, necesse est uti  
uideantur iucūdiora: cum ipsis non nobismeti ipsi  
tantum lætemur, sed filios, uxores, aliosq; consan-  
guineos habeamus, quibuscum hæc communice-  
mus, qui profecto hæc nobiscum celebrent, nobis-  
cum gaudeant, ac latitūa simul efferantur. Hac de  
causa

causa dies festi, solennes celebritates, Iudi, conuentus publici iucundiores sunt; quia inter multos fiunt, & cum multis communicantur. Ex qua nimis rum re affinitates augeri necesse est. Inquies etiam, quod ex hoc primum habitationes domusque sunt aedificatae, aedificia coiuncta, postea pagi uicique facti, & deinde ciuitates constitutae. Ex matrimonio uero quamplurimorum cognitio, & cum externis hominibus affinitas cognitio, est consecuta. Ad quod comprobandum, apponenda erunt & commemoranda celebres & gloriose nuptiae, uel antiquae: & bona, quae propterea hominib. prouenire, explicanda. Et difficultia atque molesta ferè omnium matrimonio depelli, necno fugari, demonstrandū. Et quo pacto Menelaus propter nuptias Helenæ immortalis facilius sit, & Peleus ob Thetidis matrimonium, & Admetus propter Alcestem fatalem mortem euitauerit. Vbi autem de his satis dictum fuerit, precibus, quae bonorum petitionem pro nuptijs ac susceptione liberorum habeant, uteris. Præterea tibi erit effingenda malorum auersio, ueluti predicenti, qualis uita sit futura cumlibet eris, & quod eorum chorus, si contingat, erit inspicienti iucundissimus. & quod rursus instaurabitur quodammodo, & una cum proprijs liberis iterum adolescet: tum etiam memorare oportebit ea, que & ipse aliquando in iuuentute gesserit, suavis enim et iucunda est eorum, quae in puericia nostra fecerimus, recordatio: nec aliud est quod nos rursus faciat reuiuiscere. Si uero quispiam suam ipsius imaginem inanimatam inspiciens delectatur, quando hanc non inanimem, uerum expressam, uiuam & spirantem intuetur, & non unam, sed multas (si ita

ita cōtingat) quanto magis lētari debebit: Hinc rursus discedendum, & attingendae sunt atq; com memorandæ aliquæ historiæ, in quibus sint, quotquot mortales propter liberos floruerint: & propulsatis atq; auersis malis, felices fortunatiq; euaserint, ut Anchisæ, Aeneæ opera, contigit. Opus est etiam personas illorum qui matrimonio coniunguntur, nequaque silentio præterire: sed harum quoq; laudes in medium afferre. Aliquando igitur hac dicendi forma in principio, aliquando in fine utendū est. Si enim personæ fuerint gloria admodum celebres, in principio: si minus insignes, hæc erunt subdenda, et ultimo loco recensenda. Laus autem, ea quæ in laudationib; sunt, continebit. Et loci h̄dem ipsi erunt, à patria, à genere, à natura ab educatione, & quod æquales, similes, certi que ambo sunt. Sumes itidem laudandi argumentum ab ipsis parentibus atq; maioribus: qui profecto si ex eadē sunt patria, quod iam diu familiares atque peculiares ex loco sint: si autem ex diuersis, quod à dijs optimis maximis in hanc societatem coacti fuerint: item si ex eodem genere sunt, quod incrementum, amplificatio, & familiaritas affinitatis, alia ad aliam accessit: proinde vinculum multo firmius & validius effectum est. Quando autem à uarijs studijs atq; institutis sunt, ut militiæ, ut literarum, concentum hunc (cum sapientiæ sit adiuncta fortitudo) optimum esse, consentaneum est. Addes insuper, quales par est futuros illos, qui ex his procreatis suscipiuntur. Si autem tu ipse, qui orationem haberes, uxorem duceres, de hoc ipso eleganter & uenustè exordium faciendū est: quod si amatores amores & delicias suas laudant, multo

k nimirum

nimirum magis te decet matrimonium laudare, quam illos suas ipsorum delicias: & quod oratione & disciplina etiam ex hoc utendū est, tanquam iam exordientem, & de filiis uaticinantem, quod & ipsos in ijs, quæ ad disciplinam pertinent, præstantes euasuros uerisimile, ac nequaquam dissentaneum est. Ab humili uero elocutione non erit discedendum, sed Xenophontis & Nicostrati uestigijs inhærendum, in paucis ad grauitatem orationem efferentes, si alicubi sententiarum cogat magnitudo.

## DIONYSII HALICARNASSEI

## PRAECEPTA DE ORATIO-

ne Natalicia, Eodem

Interprete.



Equitur oratio, quæ in puerorum nativitate dici consuevit: nuptias enim partus subsequatur oportet, quam & ipsam hoc modo conuenit perficere. Cum nativitatis uniuscuiusq; principium sit dies, in qua in lucem editur, pauca de die dicantur necessarie est: quæ quasi laudem occasionis cuiusdam, & opportunitatis complectantur, atq; contineant. Si utiq; proprium aliquid insigne uel decorū præter alios dies habuerit: ut si calendis natus sit, quod est mensis principium: principium autem est optimum, & à principio sunt omnia, et quod est totius dimidiū, uel totum, authore Platone. Si uero septimus, uel sextus sit, sacros hos dies, dījcsq; dicatos esse dicemus: & cōmunitatem quandam esse cum dijs

dījs ipfis, ob nativitatis opportunitatē. Poteris etiam de nono dicere, quod est soli consecratus: & quod consentaneum est, illum, qui eiusmodi die natus fuerit, insignem & illustrem euasurū, & forte etiam (quemadmodum est solis natura) beneficium. Si autem fuerit quintusdecimus, hūc itidem Mineruæ attribui: & in hoc perfectum esse plenilunium. & quod par est, hanc utri nativitatem eiusmodi futuram, ut in ea nihil desit. Eodem etiam modo de reliquis diebus, quos aut principio, aut fini accommodare studebis. Et consideratis ijs quæ in medium possis afferre, sic laudem conficere conaberis. Postmodū uero & tempus cuiusmodi sit, considerare necessarium erit: & omnem tempestatem aut hyemis, aut ueris; aut reliquarū anni partium, quemadmodū in laudibus ad ludos attinentibus temporum proprietates indicauimus, hysmī sanè fortitudinem, ueris speciosam uenuitatem tribuentes, & statī agrorum fructus, & honorū omnium copiam, reliquo autem tempori, operum uacationem, & laborum quietem. Erunt præterea significanda, quæ aliquando accidere temporibus, ut si quis natus sit die festo, scilicet Bacchanalibus, aut Mysterijs, aut aliquibus publicorum conuentuum solennibus celebritatibus. Hæc enim omnia argumenti facultatem, ad prosequendas laudes tibi suppeditabunt. Hinc autem ad ea loca in quibus natus est aliquis, ueniendum. primum quidem ab eo quod nationem continet, ad Asiam, ad Europam uidelicet: & hinc rursus explicandum, si ratio græca sit, uel Barbara: si sapientia. aut fortitudine prædicta: uel si aliquid eiusmodi insigne atque præclarum in se habuerit. Deinde ad illud quod

continetur, progrediendū: ut quæ am sit ciuitas, & ipsorum metropolis; aut si sit ei, quæ primum dignitatis locum obtinet, in honore proxima, si ampla & florens, si frequenti hominum multitudine referta, si ingenij foecunda, ac ad uirorum uirtutem fertilis; aut si aliquod aliud ciuitatis strenue factum fuerit. Tū ea quæ in urbe continentur, prosequeris. Ex qua familia quis natus sit: quod non ex humili & abiecta, quod non ex ignobili, sed ex præclaro genere: ex quibus auis & parentib. quorum laudem (prout res copiā suppeditauerit) perstringes. Ad hæc ad laudem illius, de cuius laudatione agitur, cuiuscēd est natalis dies, deuenies, quā nam sit natura, tū in ijs quæ ad corpus ac ad uires, tum ad animi magnitudinem attinent. Si magnus sit, Aiaci: si pulcher et fortis, Achilli similem dices, si boni & prudentis consiliij, aut iustus, aut moderatus & temperans fuerit, congruentibus personis, Nestori, Themistocli, Aristidi, Phocioni illis æquiparabis: si comis & facilis sit, quod excandescitiam quandam laudabili mansuetudine admistam habet, & quod ad agendum est efficax. Si autem parvus sit, ut Tydeus, & Conon. Explicabis etiam, qualis sit in ijs quæ ad degendā uitam pertinet. Si laetus & elegans sit, si magnificus, qualis in priuatos, qualis erga ciuitatem, tum liberalitate tum cæteris rebus quæ ad honoris & gloriae studia spectant. Item si in aliqua scientia sit eminens: ut in medicina, aut in rhetorica, aut in philosophia, apposite ut debet, laus quæ in his est, inducenda erit, ad quæcunq; horum singula utilia videbuntur. Sic enim multiplex, ampla, & copiosa fiet oratio: ut cōprehendi possit, qualis olim iam fuit, qua-

lis est in præsentí tempore, qualemq; in posterum  
fore consentaneum est. In hoc autem quum eri-  
mus, nequaquam alienum aut absurdum fuerit, si  
tam ab alijs dñis, quam ab ihs qui nativitatib. præ-  
funt, precibus petierimus, uti pæsens uita atq; fu-  
tura, melior quam præterita contingat: ac ut con-  
fectis multis temporū spacijs, liceat ad maturam,  
felicem, fortunatamq; senectutem peruenire.

## DIONYSII HALICARNASSEI

## PRAECEPTA DE EPITHA-

lamij, Eodem In-  
terprete.



Nte orationem de nativitate ( id e-  
nim me ferè præterierat, ob tumultum  
& turbationē discessus) sequitur ma-  
xime oratio quæ apud thalamum di-  
ci consuevit: & ea quæ separatim dicuntur, solet at-  
tingere, eademq; est cum nuptiali oratione, nisi  
quod differt tantum tempore: quia perfectis nu-  
ptijs hæc recitatur. In reliquis tamen prædictæ o-  
rationi penitus respōdere uidetur, & post nuptias  
veluti Hymenæorum loco canitur. Sunt igitur a-  
pud Sapphō huius formæ dicendi exempla: cum  
odæ Epithalamij inscriptionem habeant. Verum  
quia carminis & solutæ orationis non eadem est  
tractatio, sed longe dispar & diuersa ratio, quoni-  
am sicuti metris, ita etiam mentis conceptu & sen-  
tentijs hæc differunt: hoc pacto hanc itidem orati-  
onem commode tractari posse censeo, si in exor-  
dio statim hoc significaueris, alios quidem Hyme-

næum canere consueuisse. nos uero Hymenæi lo-  
co orationem habere; non tibijs, aut citharis, neq;  
ze de pol aliquo eiusmodi cantu, sed eorum laudi-  
bus et hymnis, qui matrimonio copulantur. Post  
haec deinceps adducendum erit, quod hominibus  
existentibus, nuptiæ sunt admodum necessariae.  
ex his enim uniuersa humani generis salus, propa-  
gatioçp dependet: & quæcunque alia bona ad nu-  
ptias pertinent, oratione prosequeris. Deuenies  
postea ad personas, quæ ad nuptias conuenere, in  
eisçp uersantur: & quæ nam hæ sint, explicabis. In  
quo sane de ipsarum genere, de educatione, de cor-  
porum pulchritudine, de aetate, quo fortunæ bo-  
na habeant, & quod nam earum studium offici-  
umçp sit, differendū erit. Eas præterea diligentia,  
uti matrimonii atçp coniunctio efficeretur, adhi-  
buissé: & quo animo sint nuptiarū causa familia-  
res, itemçp alieni, & ciuitas ipsa publice. Et matri-  
moniū planè omnib. curę esse, ab omnibusçp sum-  
mo studio coli. Et nuptias cuipiā frequēti uirorū  
mulierūçp cōuentui, & calendarū celebrationi, &  
ciuitatis solenni festo similes existere. Quæadmo-  
dū autem in nuptialib. post reliqua, illud inspic-  
re dignū putamus, uti si ex eadem patria, si ex eo-  
dem genere: ita in his quoque eiusmodi orationis  
partem non minimi faciendam esse deduces. Post  
laudes uero & laudationes, cohortatio quædam  
nuptias celebrantibus accedat: ad mytuum inter-  
se studium exercendum, ac ad unum idemçp sen-  
tiendum. Eo maximè autem, quod plurima bo-  
na ex huiusmodi concordia & amore necessariò  
contingant, ab uniuersali materia ad singularem  
propriamçp orationem trahes; uidelicet quod con-

cor

cordia omnibus hominibus est bonorum dux, quod ab ea omnibus maxima commoda proueniunt, incredibilis utilitates proficiuntur, & potissimum matrimonio coniunctis. Ad quod comprobandum, si à celebri usu non abhorrete uolueris, illud Homeri scite dictum tibi adducendum erit: Nullum maius bonum, quam dum vir & uxor concordes, et idem sentientes, aedes habitent. Quanto ob eam rem inimici dolore, quantumq; amici uoluptate afficiantur. Postremo precibus uteris, ut quamprimum liberi procreentur, ac in lucem edantur: quo eorum nuptias inspicere, Hymenaeum canere, & eiusmodi orationum conficiendarum materiam occasionemq; rursus habere ualeamus.

## F I N I S.

## DEMETRII

## DEMETRII PHALEREI

DE MEMBRIS ET INCISIS,  
EODEM INTERPRETE.

Vemadmodum poēsis metris, uidelicet semimetrīs, hexametrīs, uel alijs diuiditur: sic illa, quæ membra uocantur, orationis elocutionem, & ea quæ ordine dicuntur, diuidūt & separant, tanquam sermonem quiescere facientia, ac multis modis terminantia, quoniam longus & infinitus propemodum esset, & manifestè dicentem offendiceret, ac per nè suffocaret. Volunt igitur huiusmodi membra sententiam perficere, et totam quidem aliquando, ueluti Hecataeus in principio historiæ refert: Hecataeus Melisius sic inquit, comprehenditur enim tota sententia à toto membro, & ambo simul finiunt. Interdum etiam membrum, integrum nō perficit sententiā, sed totū est pars totius lensus, quē admodum enī totae partes manus, sicuti digiti, & lacertus, sunt tota manus, cum & ipsa sit alicuius totius pars: & earum partium quaelibet propriam circumscriptionem, et proprias partes habeat: sic & aliqua partes sententiae comprehenduntur, & ipsæ integræ, cum tota aliqua magna sententia existit, ut in principio Anauaseos, hoc est Ascensus Xenophontis, tale est, Darij & Parysatidis filij duo: usq; ad, Junior autem Cyrus: sententia perfecta est, membra uero, ipsa in sententia, utraq; sunt duæ partes ipsius. Sententia autem in utroq; finitur, proprium habens finem, ut, Darij & Parysatidis fuerūt filij, habet enim sententia ipsa in seipsum integrum.

Integritatem quandam, uidelicet, quod Darij & Parysatidis fuere filij: & similiter alterū membrū, quod Artaxerxes quidem senior, Cyrus autem iu- nior. Ergo membrum (sicuti diximus) quandam sententiam omnino continebit, aut totam, aut par tem totam totius. Oportet autem neque membra perquam longa efficere: quoniam compositio sit sine mensura, aut difficilis ad consequentiam, etenim poëtica hexametrum haudquaquam excedit, nisi in paucis admodum alicubi, nam metrum sine mensura planè ridiculum est: & item nos obliuisci, quo in loco uel finiat, uel incipiāt, non minus absurdum. In orationibus uero, neque membrorum prolixitas, cum mensura careat, decet: ne que itidem paruitas congruit, quoniam composi- tio illa, quæ arida nuncupatur, eueniret, ut huiusmodi: Vita breuis, ars uero longa, tempus acutū. Cōpositio enim uarias in partes scissa, in frustaq; incisa, & facilis ad contemnendum uidetur: quoniam omnia parua simul continentur. Fit etiā ali quando longi membris tempus, sicuti in magnitudinibus, ut Plato inquit: Totum enim hoc omne, huius pars ipse deus accedens, gubernat, simulq; circumdat. Hic sanè sermo unā cum magnitudinem membra, nimirū eleuatur, augetur, extollitur. Ob id hexametrum etiam à magnitudine, & heroī cum quod Heroas deceat, nominatur. nec mea quidem sententia quispiam Homerī Iliada cum breuibus Archiloche carminibus comparabit. Si- cut, Tristata Scytale: &, Quis tuas suspensas reddi dit mentes, nec cum Anacreontis numeris con feret: ut illud, Ferlympham, fer uinum ô puer. hic enim rhythmus ebrj planè senis, non pugnan

tis herois existit. Hac itaq; de causa, longi membra aliquando etiam fiet occasio, aliquando uero breuis itidem dabitur tempus, nobis scilicet quoddam minimum dicentibus, ut Xenophon inquit: Quoniam Graci ad Telebo am fluuiū peruerunt, hic enim erat non magnus, sed pulcher, nā fluuij paruitas atque uenustas, paruitate & incisione numeri simul appetit. Si autem hoc extendens ita dixis, set, Hic quidem multis magnitudine minor erat, pulchritudine non omnes superabat: decentiē nō conueniret, fieretq; sermo qui frigidus nuncupat. Vsus autem paruorum membrorum in re graui saltem est: quoniam illud quod in paucō multum appetit, grauius atque uehementius existit. Iccirco Lacones ob grauitatem, breuis sunt sermonis.

Imperare itidem incisum, & breue esse debet: & omnis dominus erga seruum sola syllaba, dum precepit, utitur. Supplicare uero, & lamentari, siue dolere, longum erit. preces enim, authore Homero, claudæ rugosæq; sunt, propter tarditatem: hoc est, sermonis longitudinem. Nam & senes, ob corporis imbecillitatem, in sermone prolixii sunt. Compositionis autem breuis exemplum hoc est: Lacedæmonij Philippo, Dionysius in Corinþo, hic enim sermo sic breuiter dictus, grauior omnino uidetur existere, quam si in longum productus ita diceretur, uidelicet: Dionysius cum olim maximus tyrannus extisset, quemadmodum tu, priuatus tam nunc Corinthi habitat. Nam oratio quæ per plura dicta fuerit, non obiurgationi, sed narrationi similis uidebitur: uel cuidam potius docenti, quam terrorē incutere uolenti. Sic etiam iracundus, siue furiosus & uehementis sermo, si fuerit extensus,

tensus, humilitate deficit, quemadmodū enim feræ  
ipfas in se contrahentes pugnant: talis etiam quæ  
dā sermonis tanq; in spiram deducti, ad grauitatem  
conuersio. Quæ breuitas in compositione, incisum  
nominatur, quod sic definiunt: Incisum est mem-  
bro minus, ut illud quod prædictum est, uidelicet,  
Dionysius in Corinþo: &, Nosce te ipsum: & il-  
lud, Sequere Deum: quæ dicta sapientū sunt. Est “  
etiam breuitas apophthegmatica, hoc est, in breuia di-  
cta prolata, & sententiosa, multum enim sensum in  
exiguum congregare, sapientius est: quemadmo-  
dum totius arboris potentia in semine est. Si quis  
non sententiam in longum produceret, doctrina  
& exercitatio quædam Rheticæ pro sen-  
tentia uideretur.

## DE PERIODIS.

**P**eriodi itaq; eiusmodi membris et incisis inuicē  
simul positis, constituuntur. Est enim perio-  
dus, ex membris & incisis bene conuersis, subie-  
ctam sententiam perficientibus, constitutio, ut hoc  
est: Hos quoad possum defendere constitui, maxi-  
mè cū putarē legem abrogare, ciuitati conducere, “  
& postea causa Chabrie filij. Etenim periodus hęc “  
ex tribus membris existens, flexum conuersioneq;  
in fine habet. Aristoteles uero periodum sic defi-  
nit: Periodus est dictio, principium finemq; con-  
tinens: bene admodum decenterq; definiens. Is e-  
nim qui periodo utitur, statim præ se fert, quod ali-  
cunde incohauerit, ac terminari facit, festinatq; ad  
finem quandam: tanquam cursores dimissi, qui  
bus principio cursus illorum, finis simul repræsen-  
tatur. Hinc & periodus ab eo est nominata, quod

circularibus uis, quæcumq; circumdari possunt, est assimulata. Ideo si id quod ipsius periodi circulare est, dissoluatur, rursusq; aliter componatur, eadem quidem res manebunt, sed periodus amplius non erit. Veluti si quispiam superiorem Demosthenis periodū commutans, sic dixerit: Hos defendo, viri Athenienses, amicus enim mihi est  
 „ Chabriæ filius. Sed illo multo magis: Ciuitas, cum  
 „ qua me consentire par est, non amplius enim per-  
 „ iodus inuenitur. Periodi autem generatio, elocu-  
 tonis hæc est. Aliqua in seipsum conuersa nomi-  
 natur, tanquam se per periodos habens: ut sunt L.  
 „ socratis dicta, Gorgiæ, & Alcidamantis, uæ om-  
 „ nia sunt per continuatas periodos, nihil minus q; Homeri poësis per hexametrū. Quædam uero di-  
 uisa uocatur elocutio: quæ in membra soluta, nō  
 inuicem admodum coherentia atque compacta,  
 ut est illa Hecatæi, & Herodoti plurimæ, & tota  
 „ penitus antiqua elocutio. ipsius exemplū: Heca-  
 „ tæus Melissius sic incipit. Scribo illa, que uera esse  
 „ existimo. Græcorum enim sermones multi, ridi-  
 „ culiæq; mihi uidentur. Huiusmodi membra, tanq;  
 coaceruatis, seu cumulatis atq; abiectis rebus, nul-  
 lam coniunctionem adminiculumq; habentibus  
 assimilata sunt: neq; ut in periodis, sibi inuicem  
 auxiliantur. periodorū igitur membra lapidibus  
 inhærentibus, & circularia tecta continentibus si-  
 milia sunt. Elocutionis uero solutæ, lapidibus non  
 longe disiectis, & non coagminatis & coagmenta-  
 tis, Ideo perpoliti aliquid atq; succincti in se habet  
 antiqua elocutio: quemadmodum & antiquorum  
 statuæ, in quibus contractio atq; gracilitas, ars pu-  
 tabatur, elocutio autem, quæ post hæc secuta est,

Phidæ

Phidix operibus, cum & magnitudinem, & diligentiam haberet, assimilata est. Verum orationem neque uniuersam periodis conne<sup>c</sup>tii debere, ut Gorgiae: neque totam dissolui, ut antiquorum: sed ex ambobus mista esse, approbauerim, nam sic bene admodum apparata, & simplex simul, & ex ambobus suavis, neque uralde vulgaris, neque nimis sophistica erit. Capita enim illorum, qui frequentibus in dicendo periodis utuntur (ueluti eo rū qui ebri sunt) nō facile stant: & auditores, quia non uerisimilia audiunt, nauseā patiunt<sup>e</sup>, aliquando etiam præscī, periodorum finem exclamant, prædicunt<sup>e</sup>. Minores uero periodi, ex duobus membris componuntur: maiores autem, ex quatuor. Quae quatuor excedunt, periodorum mensuram non retinent. Fiunt etiam aliquae ex tribus mēbris, & ex solo, quas simplices periodos appellant. Quando enim membrum longitudinē flexum<sup>e</sup> in fine habuerit, tunc unius membris periodus efficitur, quemadmodum hæc: Historiæ Herodoti Halicarnassei demonstratio hæc est. Rurus etiā elocutio manifesta atque perspicua, auditorum mentibus multum luminis præbet. Ex duabus itaque, ex longitudine scilicet, et flexu (qui circa finem est) simplex periodus consistit: ex horū uero altero, nunquam. In compositis autem periodis ultimur membrum, tanquam alia contineat atque comprehendat, longius sit oportet. Nā sic periodus, si grauem longam que delinquentiam habuerit, erit magnifica atque uenusta. At si huiusmodi non fuerit, erit incisa & claudicanti similis. Exemplum ipsius hoc est: Benedicere enim minime pulchrum est, sed illum qui dixerit parem

## 80 DEMETRII PHALEREI

uerbis uitā agere. Periodorū autem tria sunt genera: historicum, dialogicum, & rhetoricum. Historica quidem periodus est, neque circumducta, neque ualde dissoluta, sed in medio amborum: ut neque rhetorica, neque inuerisimilis propter circumductionem uideatur, & grauitatem habeat, & historicum ex simplicitate redoleat. Quemadmodum est hæc, Darij & Parysatidis fuere: usque ad, junior autem Cyrus. Ipsius repositio, firmæ securæc terminationi similis est. Periodi uero rhetoricae forma in se ipsam conuersa, circularisq; est: que & ipsa oris rotunditate, & manus circumductio-  
 ne, non sine rhythmo indiget. Quemadmodum hoc est: Maxime quidem, cum abrogare legem ciuitati conducere putarem, postea & Chabriæ filij cau-  
 sa, assensi hos quantum in me fuerit, tueri. hæc e-  
 nimir periodus, ferè statim à principio aliquid in se ipsam conuersum habet, ac demōstrans, quod mi-  
 nime in simplicem finem terminauerit. Periodus autem, qua in dialogo utimur, remissa, atque illa, quæ rhetorica appellat, simplicior est, uixq; quod sit periodus ostendens, ut est hæc, Heri ad Piræum descendit: usque ad, Quemadmodum nunc pri-  
 mum ducentes. Membra enim mutuo, alterum ad utrumq; projecta sunt, ueluti in solutis orationi-  
 bus. Et cum desinemus, uix in fine, quod in eo (quod dixerimus) sit periodus, cognoscemus. Nam dialogorum periodum inter compositionē dictio-  
 ne diuisam, & in semetipsam conuersam, scribi o-  
 portet, nec non mistam esse, & utrisq; similem. Pe-  
 riordorum quidem tot sunt species. Fiunt autem ex oppositis membris periodi. oppositis uidelicet aut rebus, ut, Nauigans quidem per terram, ambu-  
 lans

Ians autem per mare, aut utrisq; dictione scilicet et rebus: quemadmodum haec eadem periodus habet, membra uero per nomina solū opposita, huiusmodi sunt. ut ille qui Helenā Herculi comparauit, inquit, quod huic quidem uitam laboriosam ac periculorum amantem condidit, illius aut natūram conspicuam & bello expetendam constituit. Articulus articulo opponitur, & coniunctioni cōiunctio, & similia similibus, aliaq; hunc in modū: Hoc quidem condidit, illi constituit; laboriosam, ad illud, conspicuam: illud etiam, Periculorum amantē, ad illud, Et bello expetendam, & sic unius ad unū, & similis ad simile retributio penitus erit. Sunt etiā membra, quae cū minime opposita sint, oppositionē quandā ostendūt, eo quod figura contraria scripta sint, quemadmodū illud quod ab Epi charmo poëta ludi gratia scriptum est: Tunc illis mistus erā, tunc nec semotus ab illis. Hoc quidē dīctū nihil habet, cōtrarij, tropus aut elocationis missus, alicui cū seductione oppositionē facienti similis uideā. Sed hic forte mouendi risus causa, sic operū posuit; simulq; ut cū urbanitate oratores mordeat.

## DEMETRII PHALEREI

## PRAECEPTA DE COMPOENE

dis epistolis, Eodē interprete.



pistolarū character cū exilitate indu-  
geat, & de ipso dicemus. Artemo i-  
gitur, qui Aristotelis epistolas colle-  
git, ac in lucem protulit, eodem mo-  
do dialogum & epistolas oportere  
scribere asserit: eo quod epistola ferē tanquam al-  
tera dialogi pars, non tamen omnis esse uidea-  
tur,

## 88 DEMESTRII PHALEREI

tur. Nihil securius opus est, epistolam magis quam dialogum exornare, nam hic inconsideratè ac imprudentè facientem imitatur, illa vero scribitur, & quodammodo dono mittitur. Quis enim ad amicum literas dans, eo dicendi genere utat, quo Aristoteles ad Antipatrum de quodam sene extorte scribens utitur? dum inquit: Si hic autem ad omnium abiit exilia, adeò ut in patriam ullo pacto reduci reuocari non possit, perspicuum est neminem ad inferos descendere uolentibus inuidere. Nam qui ita sermocinatur, demonstranti potius quam loquenti similis uidetur: & solutiones tantopere exiles sunt, ut epistolis nequaquam congruant. Solutio etenim in scriptione est res perobscura. Et illud sanè quod ad imitandum pertinet, non est tam scriptio, quam certaminis proprium ac peculia re, ueluti in Euthydemō: Quis nam ille erat, o Socrates, qui cum heri in Lycio disputabas? frequēs profecto turba circumstebat. Et paululum procedens, infert: At mihi peregrinus uidebatur, dein de cum quo disputabas, quis nam erat? Omnis enim eiusmodi elocutio, & imitatio, histrionem magis quam epistolas scribentem decet. Plurimum etiam moralitatis contineat epistola, quemadmodum et dialogus, nam quilibet imaginē sui propè ipsius animi, scribit epistolam. Et ex alio quidem dicendi genere, licet etiam scribentis modum, seu ingenij īdolem omnino cognoscere: sed ex nullo alio magis & mellus, quam ex epistola. Magnitudo autem epistolæ, ueluti & elocutio, contrahatur, nam quæ sunt nimis longe & ad hęc per locutionē tumidiiores efficiuntur: quæ profectio reuera epistolę nō sunt, at opera potius, epistola.

per inscriptionem, Saluere, habentia, quemadmodum Platonis & Thucydidis plurima. Verum constructione nimis magis dissoluatur. Nam per periodos ire tanquam non epistolam, sed iudicium scribentem, supra quod dici possit, ridiculum est, & non solum ridiculum, sed & amicitiae nequaquam conueniens. In scribendis enim epistolis, illud quod in proverbio dicitur, Ficus ficus, sectari ac cōminisci oportet. Insuper scire itidem opus est, quod non solum elocutio, uerum etiam res quædam sunt epistolarum proprie. Itaque Aristoteles id quod epistolis conuenit, earumque proprium est, uidetur maxime cōsecutus esse, non enim inquit hoc tibi scribo, eo quod epistola non congrueret, nam si quispiam sophismata, & de natura disputationes epistola complectere, scriberet quidem, sed epistola nequaquam. In epistola enim quæ breuis, & de re simplici narratio esse debet, & simplicibus nominibus confici, comitas quædam requiriatur, atque festiuitas. Pulchritudo autem ipsius est, amica benignitas; ac si frequenter in ea fuerint proverbia, hoc planè scitum, cum sit commune, & uulgò satisfaciat, solum insit epistola. Qui uero sententias et cohortationes scribit, non per epistolam, sed per artificium & machinationem loquenti similis admodum uidetur. Aristoteles sane & demonstrationibus in modum ferme epistole utitur, sicuti cum uult docere, similiter magnis & paruis ciuitatibus benefaciendum esse, inquit: Dij utique in ambabus æquales sunt, igitur quando de æ gratiæ æquales sunt, & apud ambas tibi residebunt; ambas beneficio oportet afficere. Etenim quod ab ipso demonstratum est, et demonstrationis ipsa, epistolarum est propria. Et quoniam

m ad ciui-

ad ciuitates aliquando, interdum ad reges scribimus, eiusmodi epistolæ sint etiam aliquo modo pa rum eleuatae. Consideranda item est persona, cui scribitur, ut eleuata sit epistola, si opus est. non tam en pro epistola uolumen scribatur: quemadmo dum Aristotelis ad Alexandrū epistolę, & ad Dionis familiares Platonis epistola. Vniuersæ autem ex his duobus characteribus per elocutionem commisceantur epistolæ, ex urbano scilicet & exili. Et de epistola quidem, & de tenui simul charactere, haec dicta sufficiant. Character autem uitiosus, qui aridus nuncupatur, iuxta exilem iacet: & in tribus fit. In sententia, uti quidam de Xerse inquit: quod descendit cum omnibus suis Xerxes, dum enim cum uniuersa Asia dicere debuisset, inquiens, Cum omnibus suis, rem admodum diminuit. In dictione, ariditas dicendi, uersatur circa dictiōnem, quando res magna parvus nominibus explicantur, siue enunciantur: quemadmodum de nauali prælio, quod ad Salaminam gestum est, inquit Gadireus, & uelut quidam de Phalaride ty ranno dixit: Quibus enim Phalaris Agrigentinos perturbabat, eisq; molestus erat: nam tantā naualem pugnā, et tyranni crudelitatem, per hoc pronomen Quibus, aut per hoc uerbum Perturbabat, ne quaq; dicere oportebat: sed per magna nomina & subiectio decentia. In compositione: fit autem a ridū in cōpositione dicendi genus, uidelicet quando frequentia fuerint incisa, ut est in Aphorismis: Vita breuis, ars longa, occasio præceps, experientia fallax, uel quando magna in re clausula fuerit consilio membro minuta, & non ex pluribus expleta

## DE C H A R A C T E R I B . D I C E N D I .

expleta. quemadmodum quidam Aristidem accusans, quod ad nauale prælium Salaminæ non accesserit, inquit: Sed Ceres ullo haudquam inuitatu uocata uenit, & nauale bellū gessit, Aristides autem minime, hæc enim incisio & indecens est, & non opportuna. In alijs tamen huiusmodi concisis & minutis utendum est. Sæpenumero uero in ipsa sententia est frigidum nescio quid, quod nunc peruersam nominamus imitationē. Cōpositio autem concisa, surripit sententiae licentiam. quemadmodum de coēunte cum muliere mortua dixit quidam; quod non cum ipsa commissus est: quæ planè sententia & cæco (quod aīt) manifesta est. Sed compositio contracta, rei facultatem aliquo modo surripit: facitq; in præsentia nuncupatam, aridam peruersamq; imitationem, ex duobus uitijis conflatam \* ex peruersa quidem imitatione, propter rem: ex arido uero, propter compositionem.

## DE C H A R A C T E R I B . D I C E N D I .

Characteres autem simplices sunt quatuor: humili, magnificus, iucundus, grauis, & reliqui qui ex his misti sunt. Non omnis omni miscetur: sed iucundus humili & magnifico, & grauis similiter ambobus. Solus autem magnificus humili non miscetur: quia ut oppositi sunt, ita & repugnant. nam supra quām dici possit contrarij sunt. Quamobrē nonnulli hos duos solum characteres esse opinantur, reliquos duos inter hos existere: iucundum humili magis, grauemq; magnifico attrubentes, tanquam iucundus paruitatem quandam & argutiam habeat, grauis uero tumorem &

## 92 DEMETRII PHALERII

magnitudinem. Verum huiusmodi sermo ridiculus est. uidemus enim omnes characteres omnibus commistos, præter illos qui inter se contrarij conspiciuntur, uelut Homeri carmina, & Platonis, & Xenophonis, & Herodoti, ac aliorum plurimorum oratio, quæ multam magnificentiam continent, multamq; grauitatem ac uenustatem habet. Tanta erit igitur characterum copia, quanta superius dictum est.

Polyæni

POLYABNI MILITARIA,  
Eodem Interpretate.



Ictoriam contra Persas & Parthos, sacratissimi Reges Antonine & Vere, uobis Dj immortales & uirtus uestra, ac Romanorum fortitudo præstabūt. Quorū ope semper, & antē, et nunc, in occur-  
tentibus bellis et prælijs uincere consueuistis. Ego autem utr Macedo, cui patriū est Persas dimicātes posse superare, atq; prosternere, in præsentī tem-  
pore, dum nō sine bellico symbolo uobis usui esse  
cupio, nō omnino à militiē munere uacabo. quod si mihi per uiires liceret, ac corpus uigeret, cum ma-  
xima promptitudine atq; alacritate miles effectus  
sub uexillo mererem, & robore Macedonico sanē  
uterer. Verum cum ætate, ut uidetis, prouectus  
sim, nihilo secius tamē nunc etiam militiæ expers,  
non penitus derelinquar. Nam scientia discipli-  
næq; militaris uiatrica hæc affero, quæcunq; priscis  
temporib. strategemata contigere. Quæ profecto  
non solū uobis ipsis q; plurimam rerum à ueterib.  
gestarum experientiā suggesterent, sed ijs etiam qui  
a uobis cum copijs bellorū duces præfectiç mit-  
tuntur, siue decem millibus præsint, siue millibus,  
siue sexcentis imperent, siue quo scūq; alios armo-  
rum principatus obtineant, si antiquorū recte fa-  
ctorū uirtutes artesç didicerint, maximum usum  
suppeditabunt. Quando enim quispiam uitribus  
usus, pugnates hostes fuderis, profligaueritç, for-  
titudo æstimatur. Si uero sine prælio, arte & dolo  
uictor euaserit, consilij probitas perpenditur, atq;

m 3 lauda-

laudatur, quoniam grauissimorum imperatorum præcipua sapientia, uirtusq; eximia habetur, sine periculo atq; discriminé uictoriā ad ipsi scī. Optimum itaq; est, in ipsa acie excogitare, quo pacto a nīmi sententia uincendi rationem attrahat, præcupato dimicationis fine. Quod & Homerus mihi uidetur consulere, quando enim sepius canit, Si ue dolo, siue ui: nil aliud præcipit, quam ut artibus Strategematū innixi, eis aduersus hostes utamur. Quę si parum processerint, tunc ad uirtutē confugiendum, ac corporib; periclitandum esse. Primum igitur Sisyphum Aeoli filium apud Græcos deceptione & dolo usum fuisse, memoriae proditum est. Quod fermè testatur Homerus:

Sisyphus hic fuerat, quo non præstantior alter  
Et reperire dolos, & fallere fraudibus omnes.  
Deinde Autolyctū à Mercurio furatum, decipiēn  
di fallaciam æmulatum ferunt, & hoc etiam Ho  
meri testimonio comprobatur:

Autolyctū, & natos Parnassi in sede morantes,  
Insignem probitate patrem cum matris adisset:  
Mortales inter Maiae qui munere natū,  
Et fraude, & furtis fuerat mira arte decorus.

Ego uero Proteum, quem in tam uarias, tamq; multiplies animantium atq; arborum species mu  
tatum prædicant, tot nunquam figuræ sumpsisse  
putauerim. Verum huiusmodi mutationes ex in  
uentis ac machinationibus, quibus abundabat,  
Homerus est fabulatus. propterea quod in supe  
randis omnibus, quos uellet, fallacia, qua facile cæ  
teros antecellebat, nimirum plurimum poterat.  
Scimus itē Vlyssem doli sapientia glorificari solitu:  
Quę celebrat homines, ego sum Laertis Vlysses,  
Fraude

Fraude dolis' que potens, fama super æthera  
notus.  
Etheroës ei profecto Trojanam uictoriam ascri-  
psere:

Consilijs euersa tuis sunt mcenia Troiae,  
Quod alibi etiam alij testantur: Vlyssis scilicet con-  
silio, subdola loquendi facundia , ac decipiendiar-  
te, Ilium captum fuisse, & Strategemata , quibus  
aduersus hostes usus est, saepius ab Homero cele-  
brantur:

Flagra inhonesta tulit, proprio domitus' que  
flagello:  
cum ad hostes transfigisse simulauerat. Equum ita  
dem ligneum, quem auxilio Mineruæ Epæum fa-  
bricasse aiunt, Vlyssis militare consiliū planè suis-  
se contenderim. Utin quoq; & uinum, torremq;  
nec non arietem, Strategemata contra Cyclopem,  
non perperā, immo recte (mea quidem sententia)  
quispiam appellauerit. Ceram insuper, obturandis  
sociorum auribus illitā, ipsumq; stantem nauis ma-  
lo alligatum, quid aliud quam uastrum sanè consi-  
lium ad euitandā perniciosem Sirenū cantilenam  
extitisse censuerimus? Quid de mendici pera dice-  
mus: ac de ijs omnibus, quæ erga Eumæum Pene-  
lopemq; fingebat:

Falsa loqui norat complura, simillima ueris.  
Ipsum præterea cū Iro fuisse luctatū, & ex fumo ar-  
ma transposuisse, adolescentibus procis ebrietati  
incubentibus, arcuq; à forib. intendisse, nonne  
hæc omnia Strategemata aduersus hostes extitisse  
affirmandū est? Verū in ijs & reliquis id genus do-  
cendis, Homeruſ sufficiat. Non omittendū tamen  
uidetur,

## 96 POLYAE NI MILITARIA.

uidetur, quale quantum que fuerit & illud Vlyssis  
 strategema, quod à tragœdis est decantatum: Pala  
 „ medem uidelicet in iudiciali seniorum foro Vly-  
 „ ses uicit, cum eius tentorio barbaricum aurum clam  
 „ supposuisset: et sapientissimus ille Græcorum om-  
 „ nium, dolo & consilij calliditate atque uersutia in  
 proditionis criminis deprehensus est. Sed quæ ad  
 tragœdos pertinent, satis sit Scena ad ea demon-  
 stranda. Ego enim ex historia res gestas, quæ prä-  
 clara aliqua facinora militaria aduersus hostes con-  
 tinent, ac memoratu digna uidentur, collegi: in  
 quibus percensendis, breuem cuiuslibet mentio-  
 nem faciam. Vnuersus autem ordo in octo uolu-  
 mina strategematum noningentorum, que  
     à Baccho primordium auspicantur,  
     redactus est.

M. Antonij

# M<sup>r</sup> ANTONII ANTIMACHI

DE LITERARVM GRAECARVM

laudibus Oratio, in Ferrariensi

Gymnasio publicè habita.

**N**degenda hominum uita, ij qui alicui prodeesse conantur, quan-  
topere laudādi sint, spectatissimi  
uiri, non uos præterire credide-  
rim: cùm & ingenij acumine, &  
longo rerum ulu preſtetis: ac do-  
ctrina atq; prudentia antecellatis. Qui uero pu-  
blicè utilitati consulunt, ac non solum sibi, sed &  
patriæ, & amicis, ac humanæ societati seſe natos  
arbitrantur, quanto laudū præconio extollī me-  
reantur, itidem uos nō ignorare existimauerim.  
**A** qua sanè animi sententia cùm nec ab ineunte  
ætate, nec etiam postquam nostra canescere coe-  
pit oratio, unquā abhorruerimus: nihil præcla-  
rius, nihil commodius, nihil conducibilius, atq;  
præstantius in toto uitæ cursu esse duxerimus,  
nihilq; magis ex animo unquam optauerimus,  
q; plurimis benefacere, ac de omnibus pro uirili  
mea (modò daretur occasio) bene mereri, amico-  
rum precibus (quorū benevolentię aliquid recu-  
fare, nō solū turpe, sed propemodū nefariū uide-  
batur) & cohortationibus huius celebratissimi  
**Gymnasij** instauratoris Lodouici Bonacioli, ui-  
ri planè in omni scientiarum & uirtutum genere  
eminētissimi (cui ex isto hominū flore, qui ui-  
uunt, paucos admodū pares inuenias) nō spe ho-  
noris, aut gloriæ, cui sapiens quisque semper stu-  
n duīt,

duit, nec lucrī cupiditate, sed potius quod id quod animo habebā, re facilius præstare possem, Græcē profitendi publicum munus non inuiti suscepimus. Eo itaq; consilio huc accessimus, ut quæ ad communem Græcē discere cupientium utilitatē spectare uidetur, diceremus, ac de literarum Græcarum laudibus uerba faceremus: nō quod ea dicendi facundia, is uerborum ornatus, ea eloquentiæ uis, atq; is demū orationis thesaurus & splendor, qui tam magno oneri sustinendo par esset, ac tantæ rei dignitas postularet, necnon tot clarissimorū uirorum conspectus mihi multo iucundissimus mercretur, in me reperiatur: sed ut fretus humanitate uestra, qua erga omnes qui uirtutib. innituntur, uti consueuistis, huiusmodi opus aggrediar, ac propositam rem pro tenuitate ingenij mei persequar. Cuius planè tanta est magnitudo atq; præstantia, ut nemini uel medio criter eruditio deesse possit oratio. Sed in exitu inueniendo maior omnino, q; in initio inchoando dicere uolenti se offert difficultas. Tanta est profectio literarū Græcarum, amplissimi uiri, dignitas, & tāta dignitati coniuncta utilitas (quarum notas antiquissimis temporibus seu Cadmo, siue Danao autoribus, siue Orpheo admonente, Græcos habuisse, memoriae proditum est) ut eæ non solum apud illos, qui cæteras gentes atque nationes barbaras appellabant, uerū etiā apud barbaros ipsos maximo in usu fuerint, & ab ortu ad occasum usq; peruerserint. quando Druides Gallorum religiosos in publicis priuatisq; rationibus literis Græcis usos fuisse constat: & Romanorum temporibus in Eluetiorum castris tabulas reper-

tas repertas esse literis Græcis cōfictas, & ad Cæ  
farem perlatas, ex historiarum lectione latè ad-  
modum patet. Quibus in tabulis ratio confecta  
erat, qui numerus domo exisset, eorum qui ar-  
ma ferre possent: & item separatis pueri, senes,  
mulieresq;. Brachmanas itidē (e quorum nume-  
ro celeberrimus Calanus ille fuit) & Gymnoso-  
phistas Indorum sapientes, easdem in usu habuiſ-  
ſe, easdem Indorum ipsorum regem Phraotem  
calluisse, compertum est. Apud Romanos uero  
quanto in precio, quanto in honore, semper sint  
habitæ (cū penè eadem à principio cum Latini  
suerint, eas in Latium afferente Nicostrata)  
etiam metacente, uel facillimè potestis intellige-  
re. Nullum enim studiorum genus, quod aliqua  
sapientiæ luce præfulgeat, nullas prorsus inge-  
nuas disciplinas esse comporio, quæ non ē Græ-  
corū fontibus emanauerint: Latinosq; in omni-  
bus liberalibus artibus illorū secutos imitatosq;  
fuisse uestigia. Nam si à Grammatica exordiri  
uoluerimus, cuius inuentor ē ij qui eam rem dili-  
gentius peruestigarunt, Mercurium ferunt: si-  
ne qua ad nullum scientiæ gradum peruenire ua-  
lemus, cùm ea duce orationis congruitatem asse-  
quamur, ac ad alias scientias faciles aditus adipi-  
scamur, nōnne eam totam à Græcis habere fate-  
bimur? Quid de Poëtica, quæ tantopere diuinita-  
tis est particeps, ut summus ipse rerum omnium  
opifex statim penè à mundo, uerbo, nō manibus  
condito, sua mysteria per eam literarum moni-  
mentis mādari uoluerit, dicemus? Quid de Ora-  
toria facultate, ac flexianima omniū regina rerū  
oratione, quæ motus animorum quo uult impel-

lit, loquemur: Quid de Dialectica, quæ differendi artem aperit, uerumq; à falso segregat, ac nos ad ueritatem ducit, sentiemus? Quid de Philosophia, legum inuentrice, morum disciplinarumq; magistra, quæ bene beatęq; uiuendi rationes demonstrat, ac dijudicato bonorum & malorū fine, quid fugiendum, quid' ue expetendū sit, proponit, ad sedandos animi affectus atq; perturbationes plurimum ualet, naturæ secreta rimatur, rerum omnium causas perscrutatur, humana despicit, cogitansq; coelestia, hæc nostra et exigua & minima contemnit, immortalitatem animæ docet, ac nos Deo optimo maximo, ad summam cuius intelligentiam consideratione nos dicit (quantum homini licet) quām simillimos efficit, iudicabimus? Quid de Medicina, reliquarum artium parente atq; educatrice, & altrice, quæ universas sciētias complectitur, singulas disciplinas cogitatione prosequitur, rerum omnium cognitionem nutricatur & continet, ac humanæ uitæ conseruandæ, nec non extincta morbis corpora ab inferis penè reuocandi potestatem habet, rogati respōdebimus: nōnne hæc omnia nos à Græcis mutuatos esse(nisi ingratí nūcupari uelimus) confitebimur: quando ab ipsis & Mathematicas accepimus. Nam Arithmeticam reliquarum dum ex cuius numeris animam creari, ac singula constare Pythagorici sentiebant, et quaternariū numerum (in quo prima solida demonstratio inuenitur) rerum omnium opificem causamq; esse affirmabant, quod ab eo tanquam à radice atque principio cuncta dependerēt: ac Geometricam, quæ cum superiori adeò connexa colligataq; est, ut sine

ut sine ea haudquam videatur posse consistere, cum punctum referatur monadi, linea autem numero binario, ab aliquo ad aliquid, et trinario conueniat superficies: qua (dum eius lineamentis, formis, interuallis ac magnitudinibus utimur) mare, terras, cœlūq; metimus, quin à Græcis suscepimus, nemo (ut opinor) uel impudenterissimus negauerit. Musicam uero à Mercurio numeris, uocibus, & modis inuentam, quam veteres omne continere dixerunt, eo quod eorum quæ sunt, absq; symmetria & analogia nihil existat, nec etiam aliquid eorum quæ fiunt, si absq; cōgrua symmetria atq; analogia confectū fuerit, unquam bene habeat, siue arte fabrefactū fuerit, seu natura comparatum, siue sensu comprehendatur, seu solius intelligentiae speculacione percipiatur: quæ duo nimirum in musica (totius harmonia) reperiuntur, ex cuius cognitione harmonia mundi rationem coniūcimus. & item Astronomiam (cuius scientiam Chaldæi diurna siderum obseruatione putantur effecisse) quæ temporū uarietates, totius anni ordinem, astrorum influxus, ortus, obitus, traiectiones, motusq; stellarum, ac cœli meatus conuersionemq; explicat, quid cuiq; euenturum sit prædictit, Græcorum beneficio (quibus tantum debemus) Latinos itidem habere fatendum est. Nec mea quidem sententia, ullus adeò peruicax, adeò obstinatae mentis, duręq; ceruicis, ac tam peruersi iudicij reperiatur, qui aliquo modo id audeat inficiari. Ex quibus omnibus sanè rebus quanta hominibus commoda, quātæ utilitates humano generi, quot homines proueniāt, nō meū est dicere, cum res ipsa n ; perse

per se loquatur. Ideo nō est, quod uos (qui incre-  
dibili discendi cupiditate ardetis) ad huiusmodi  
literarum studia, ex quibus maximos atq; uber-  
rimos fructus percipietis, nisi uobis ipsis deesse  
uolueritis, cohortemur. Currētes enim incitare  
uidetur absurdū, cùm tantæ, sicuti accepistis, di-  
gnitatis, honoris, cōmoditatis, splendoris, utilita-  
tis atq; præstatiæ sint, ut unusquisque qui in ba-  
narū artium studijs proficere exoptat, eas uelit  
nolit cogatur expetere, præsertim cùm illis qui  
eas consecuti fuerint, maxima præmia non sine  
nominis celebritate proponantur, amplissimi ho-  
nores non absq; immortalitatís gloria reseruen-  
tur. Reliquum est, ut demonstrata tantæ rei ma-  
iestate (ex qua, ut intellexistis, innumerabilia  
mortalibus bona pariuntur, & ad homines con-  
fluunt) in ea comparanda operam, curam, dili-  
gentiam, industriam, ac studium deniq; meū, uo-  
bis pollicear. Quæ omnia sine ulla laboris, aut  
temporis intermissione, me libentissime præsta-  
turum spondeo: nec aliqua in re, quæ in discendo  
usui uel commodo esse possit, me uobis unquam  
defuturum recipio. Quod cùm contigerit, Bo-  
naciolo, uiro non minori experientia quam do-  
ctrina ornatissimo, ac (ut suprà memorauimus)  
omnibus egregijs animi dotibus atque uirtuti-  
bus undecunquer refertissimo, qui huius clarissi-  
mi Gymnasij non minus ornamento, quam uti-  
litati semper studet, me Herculeuclim referatur  
acceptum: eo quod ipse omnium unus procura-  
uerit, efficeritq; (ne quod uerum est inficiemur)  
ut Græcè prohendi munus obierimus. Ago in-  
super humanitati omnium uestræ, si non quas  
debeo,